This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

UNIVERSITY OF MICHIGAN

UNIVERSITY OF MICHIGAN

F. N. 8

PLOTINI
LIBER DE PULCRITUDINE

PROSTAT

HEIDELBERGAE
APUD MOHR ET ZIMMER.

LONDINI
APUD TH. BOOSEY.

LUGDUNI BATAVIAE
APUD S. ET L. LUCHTMANS.

PARISIIS
APUD TREUTTEL ET WÜRTZ.

FLORENTIAE
APUD G. PIATTI.

*

HEIDELBERGAE, TYPIS IOSEPHI ENGELM

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Plotinus

PLOTINI
LIBER DE PULCRITUDI

AD CODICUM FIDEM

EMENDAVIT

ANNOTATIONEM PERPETUAM,

INTERJECTIS DANIELIS WYTTENBACHII NO

EPISTOLAMQUE AD EUNDEM

AC PRAEPARATIONI

CUM AD HUNC LIBRUM TUM AD RELIQUOS C.

ADJECIT

FRIDERICUS CREUZER

LITERARUM GRAECC. ET LATT. IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI

ACCEDUNT

ANECDOTA GRAECA

PROCLI

DISPUTATIO DE UNITATE ET PULCRITUI

NICEPHORI NATHANAELIS

ANTITHETICUS ADVERSUS PLOTINI

DE ANIMA

ITEMQUE

LECTIONES PLATONICAE

MAXIMAM PARTEM EX CODD. MSS. ENOTATAE.

HEIDELBERGAE MDCCCXIV.

IN OFFICINA MOHRII ET ZIMMERII ACADEM

888
P55t
C925

EDITORIS EPISTOLA

AD

DANIELEM WYTTENBACHIUM.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Lit. of Materie
and lit. crit.
Eight
F. H. Scott
12-17-31

DANIELI WYTTENBACHII

ERUDITORUM PRINCIPI

S. D.

FRIDERICUS CREUZER.

Dudum fortasse de memoriâ excidit Tibi, qua abhinc quadriennio fere ostendi me facturum, n mirum me meum librum aliquem Tuo nomini i scripturam esse.

En adest a me Tibi tandem hic, si minus libe sed tamen libellus, si minus dignus Tuo nomin verumtamen eodem insignis. Quanquam quid Tu potissimum libellus meus? Tuo, hominis si nc ortu sed tamen consuetudine voluntateque Batav meus, et origine et animo hominis Germani? S quidem exosi feruntur Batavi Germanos, nem vero quisquam acerbius, quam Tu ipse, Wytte bachi. „Bona verba quaeso!“ Vero, est it Scilicet est odoratus nuper admodum, homo nasut

et sagax Ioannes Augustus Henricus Tittma
isque, ne quid detrimenti capiant res Germ
nos cavere jubet a Vobis, maximeque a Te
Et vero audi talium tragoediarum horribil
mentum: Nempe non is est Wyttenbachius
putabimus esse, hominem ingenuum et sin
sed est occultus tectusque veterator; non
cujus congressum videramus expeti ab optim
que et illustrissimo, verum malevolus ali
maledicus, est invidus, difficilis, atque lu
nempe non est ille, quem et ipsum exarde
bamus magnarum rerum omnium cogitati
unice amicum esse Ruhnkenio candoris aequ
humanitatis vivo spirantique exemplo, sed
gustus aliquis minutusque, est frigidus calu
— Quid quaeris, Wyttenbachi? En adspic
lam, et vide quomodo pingat artifex. — N
pingit aliquem solitarium, in extremis Batavi
tem, ad magnum et sine terminis mare, i
aspectu moribusque, ἀπρόσιτον, ἀπροσήγο
non is — — — hominum vestigia vitanten
et ubi quis paullo humanior accedat, aes
ut se dare solent Neptuni filii, atque ut quis
mus sit clarissimusque, ita in eum maxime f

*) Vid. ejus epistolam ad Heynium ante Ru
Valckenarii et aliorum ad J. Aug. Ern
stolas. Lips. 1811. p. XI seqq.

Hunc dicit esse Wyttenbachium. — Est vero — Credite posteri! Nempe apte ingenioseque pinxit et finxit artifex. — Credite! Sin — ex artifice existet dictator; monebit, edicet, vociferabitur: Cavete Batavos. Hos enim a Germanis suis caue pejus et angue vitari vult. Itane vero? — Nunne nuper admodum audiimus voces simillimorum clamatorum, qui nil impensius moliebantur quam quo pacto possent Germani a Germanis dissociari. Videlicet expiscatus erat nescio quis nescio cujus discriminis, quod Germanos inter se distineret, argumenta et plurima et gravissima. Itaque ponebant limitem, nempe ibi, Francofurtum interfluentis Moeni meridiem septentrionesque

— — — rapax ubi dividit unda.

Jam e quâ undâ expiscatus sit Tittmannus causas discidii, quo Batavos segregat a Germanis, ipse viderit. —

Hoccine eorum est, qui „literarum incrementa non genti cuidam propria, sed toti generi humano communia" dictitant? Quam quidem sententiam Tittmannus *) opponit Tibi, Wyttenbachi; scilicet quoniam non dixeras **) modo multis ante annis, sed in omni vitâ agendo etiam expressera

*) Ibidem p. XXI.

**) In Vitâ Ruhnkenii p. 93.

illud: „in eruditâ civitate nullos esse Batavos los Germanos, nullos unius alicujus populi omnes esse mundanos.“ Nil profuit ea liber humanitasque. Nil profuit illud, quod grav dictum a poëtâ nemo quisquam verius de s dicere potest, quam Tu te, Wyttenbachi:

„Ego bis tricenis annis actis sine notâ in civium meorum peregrinorumque amore acqu Nihilo enim secius notam Tibi inurere cupiun sores barbatuli, qui vixdum in pueris tirocin sueramt, quo tempore Tu Tuis virtutibus n quae dudum inter viros egregie clarebas. I nomine notare cupiunt? Videlicet eo, quod popularibus nostris humanissime es patrocinat virum in litterată Germaniâ antehac princip Quae ista, quaeso, indignitas est, talia fieri Germaniae, fieri non in obscurum aliquem au e multis, sed in virum illustrem praestantii torum, in Batavorum principem eruditorum

Enim vero agendum serio est in re tan Et serpit latius in dies istud vitium cavillandi tigandi; ut plane nesciatur, quo tandem a possit. Quis equidem indignabundus et ista Ti convicia et alia gemina audiisse plaresque nos et optimos quosque, sed silentio excepisse, qui probe tenerent, viris gravibus et bene nec patrono nec laudatore quidquam opus esse. Neq

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ipse non tacuissem in Tuâ caussâ, Wyttenbachi, ni pietas prohiberet, quâ unâ in rebus divinis aequo atque humanis nihil esse homini sanctius debet. Quocirca, nunc equidem non quaeram, an Tu patrono egeas; neque magis quaeram illud, numquid ego, qui vixdum bene velitis functus sum officio, veterani militis propugnator possim existere. Illud quaeram unice, quid veritati, quid honestati, quid partis virtute egregiâ meritis debeatur.

Et Bangius *) mihi versatur ante oculos, qui me, ex sorore nepotem, neminem quemquam magis in literis suspicere jussit, nullius magis vestigia premere, quam Tua. Cujus ego viri memoriam, nisi eâdem quam ipsius mei germani parentis caritate prosequar, omnium mortalium ingratissimus fue-

*) Ioannes Christianus Bang, natus d. 5. Aprill. 1736, Magister philosophiae factus d. 20. Febr. 1768, Verbi divini minister apud Gosfeldenses in agro Marburgensi inde ab a. 1773. obiit ibidem d. 12. Octobr. 1803. — Scripsit de stilo Novi Testamenti; de usu Patrum; Elogium Dan. Wyttenbachii, Theolog. Doct. et Profess. Marburg. et commissionem victricem invertam scriptis Sodalitatis Theologorum Batavv. Conf. Bibliothec. critic. Amstdl. Vol. II. P. 2. pag. 138, et Wyttenbachii Vit. Ruhnken. pag. 165.

rim. Neque ego alios dubito hominem natu maximum (nosti enim potuisse fieri nihil illo n et ipsum stomachaturum esse, si videre quam in partem honestissima Tua consilia a obtrectatoribus rapiantur.

At nimirum dispiciendum est, Wyttenb an reapse obtrectaverit Tibi Tuisque Batavis mannus. Itaque ausculta mihi paullisper; eg narrabo, auctore, puta, locuplete, quo int quale sit commune Vestrum omnium malum, Tuae propriae ruinae.

Nempe Tu, quo tempore agebas Marbu aedibus patriis, consectatus ejusmodi homine eodem Tecum literarum studio arderent: eo tempore aggregaveras Te cum ad Wagnerur reconsultum, virum elegantem, tum ad ipsum Baugium. Quorum hominum quo magis pe bas virtutem doctrinamque, hoc te acrius pu fortuna in eosdem non dicam minus fautrix iniquissima. Erat enim ille nullâ certâ locat tione, sed formulis cantandis victum qua alter, qui academiam ornare praecipue pos agrum ejectus delitescebat misere in rustic certatio. Jam Tu, qui eorum caussâ impe peres, protinus confugiebas ad J. Aug. Er quo ante Heynium quidem nemo unus in G

UNIVERSITY OF MICHIGAN

phis auctoritate sua potuit; nemo pluribus studiosorum hominum sua commendatione profuit. Enim Tu virum adis amicorum in gratiam Tuorum. Laudas clientes, laudas patronum, quem quidem esse volebas, singulos pro suis quemque meritis. *) — Eja laudato! Per istos quidem censores nunquam impune cuiquam licebit laudare quae laudanda sunt. Scilicet haec adulatio est. Scilicet fucum faciebas Ernesto vivo, quo post fata eundem hoc magis carperes. Etenim in mortuum iniquior exstitisti, cui vivo et spiranti eras adulatus. **) — Scito, Wyttenbachi, non esse in terris probitatem et caritatem gratuitam, nullo prorsus commodo extrinsecus posito, neque evocante praemiorum mercede et quasi lenocinante. Scito, nonnisi ita palpari viris illustribus, ut suis palpatoribus palpent invicem; qui quidem illos deinde, sicubi res tulerit, certe tamen mortuos probe mulcatos praestabunt. — Atque eisdem adulatoribus et palpatoribus honestissimo Te aggregat Tittmannus, et omni adseveratione affirmat sic esse. Videamus de criminatione utraque. —

*) Vid. Wyttenbachii epistolam ad Ernestum in Ruhnkenii — alior. epistoll. edit. Tittm. nr. 21. p. 83 seq.q

**) Tittmannus in epist. ad Heynium p. XVII.

Tene unquam cuiquam adulari mo
Primarium hominem judicabas et ipse E
et ita quotidie Bangium Tuum judican
diebas; atque illud utriusque judicium
Tui sententiâ interposueras commendatio
rum, commendatione sicut indigentium it
simorum, cum adderes insuper illud: „At
ita scripta esse a me scias, ut omnia verit
terarum amori, nil hominum amicitiae trib
Atqui haec adulatio est. — Itaque, qu
virtutibus praedito, ubi res poscat, dixerit
praeditum virtutibus, is adulator est. Qu
verum sit, viderit Tittmannus. Me quid
quam pudeat ejusmodi adulatorem dici.
Aristotelis, Theophrasti, Plutarchi, et uti
pessimum adulationis vitium optime des
judicia hoc pacto ego extimescam. At qu
Tittmannus Tuas illas literas sit interpret
inde cognoscas licet. Eundem Te dicit sup
Ejusne, quaeso, hominis superbia est, qui
rum lumina suis luminibus officiant, illu
esse simulet eosque deprimat: an ejus, q
Tu in Bangio fecisti, ab iis, unde pr
„suum se lumen accendisse" **) ingenu

*) Ibid. p. XIX.

** Wyttenb. Epist. ad Ernest. p. 85 s

UNIVERSITY OF MICHIGAN

deque profiteatur. En Te insigniter superstitiosum! En humiliter adulantem!

Tene adulatorem esse (hæc enim insistam, hoc urgebo) Te hominem Bernatem, id est civitum in eâ civitate, quales istiusmodi vitia minime omnium nutriant, hâc gente, quae nunquam necesse habuerit adulando emergere, eo tempore, quo nemo hominum priscam et, ut hoc utar, cascam Helvetiorum simplicitatem in omnibus suis et dictis et factis unquam fidelius retulerit? Ac scilicet haec natura adsentatrix Te unice conciliavit Bangio, id est ei homini, qui quidem ipse palpo suo tam callide persuaserat viros in suâ patriâ honoratos potentesque ut ei per omnem vitam in ruris squalore latitandum esset. Ista scilicet assentatio Te abduxit in Bataviam, inque Ruhnkenii amicitiâ et locavit et retinuit. Equidem adhuc ita persuaseram mihi: „Te novum Lugduni advenam illuil in Ruhnkenio, Valckenario, et plerisque doctis viris, manifestum civilis aequalitatis studium mirifice et advertisse et retinuisse: quum eos videres non modo invicem, sed erga superiores et inferiores, tum vero erga discipulos eam tenere rationem, ut eos nullo discrimine haberent, divites, pauperes, nobiles, obscuros, patricios, plebejos eodem honoris gradu censere,

eos haud dubie solos caeteris pr
ris ipsi doctrinâ et virtute praes

Nunc alia omnia edocemur a
pe is novit, is perspexit. Imm
is necesse est vitam Batavorum,
vel rusticantem vel agentem in
congressus Tuos aut cum colle
Vestrae reipublicae principibus
nis, Meermannis. Istuc eat, istic
dicere commemini odorem sanita
civilis vim praestantiamque; a
istic virorum circulos, ubi in s
abjectum aut servile, nil non ad
modum rationemque exactum.

Et quid aliud magis retinuit
quam saluberrima illa civilis vitae
tenbachi? Novi equidem et antea
et postea senescenti apud extero
opimas conditiones et honorifica
luculentiores quam in Batavia, si
divitiis, quam rerum civilium ipsi
liorem formam amplexari. Hoc
istic pauci quidem admodum lauti
salaria invident. Neque enim unq
docti bonique ingenium suum q

*) Idem in Vitâ Ruhnken. p. 2

plurimum licitantibus. Tibi placebat vita Batavorum i. e. ingenuorum istic hominum. Mihi item scis et antea placuisse et nunc cum maxime placere hanc quam agimus Heidelbergae. Habet enim nihil adstricti, nil ambitiosi, nihil ab istiusmodi ductum hominibus, qui sibi non placent nisi ubi delicias faciunt et magnificas nugas aucupantur. Neque qui hic versantur viri honorati sibi aliisque molestiam exhibent vel fastu, vel multo et comitatu et famulitio. Quid quaeris? Nunquam desideramus liberiora spatia Academiae, sive negotia nos jungunt collegas, sive inter discipulos versamur, sive rusticamur per feriarum otium, et in solutiore literariarum rerum tractatione acquiescimus.

Verumtamen illa Tua ignoraverit Titthannus. Hunc non poterat ignorare, quem in omnibus Tuis scriptis Tuis maximeque in Vitâ Ruhnkenii liberrime prodidisti, animum ab omni humilitate alienum et cum in literis tum in rebus omnibus nil magis perosum quam istam consuetudinem adulatricem. Legat Titthannus Epilogum ad Platonis Phaedonem scriptum m. Augusto 1810; legat Protrepticum a Te dictum d. 18 m. Sept. ejusdem anni *). Fateatur necesse est nihil potuisse a quoquam unquam liberius dici, nihil item gravius, nil ab omni assen-

*) Vid. Philomath. II. p. 174. seqq.

tandi studio alienius; idque eo qu
quo non amplius gliscente tyrannide
lam ferociente etiam animosiores si
dominatione Francicâ; ut istos tacear
sic in Germaniâ et ipsi palparent
reâpse dictitarent ei esse palpandu
mihi tunc quidem satis impude
memini ex istis nebulonibus aliquem
hoc prudentiae esse, et graviter inveh
nium qui simplicitate suâ nostras nc
adeoque ipsas literas esset perdituru
quid reposuerim non est necesse Tibi

At vero iniquior exstitisti in Ernes
bachi (sic enim vociferatur Tittmann
etiam eidem obtrectares. Cujus inju
caussam prodit: alteram publicam et
nem omnium Batavorum, quod oder
alteram privatam Tuaeque perversit
quod theologus fuerit Ernestus.

Quâ in caussâ illud quidem infit
plebejos quosdam homines aut etiam
torum tres aliquos aut quatuor per un
viam minus bene cupere Germanis h
videre. Quorum miserandus stupor
nesciant a communi propagine ortos,
Quod vero literarum caussâ exacerbat
animos in nostrates dicit: illud nescio

pertineat. Hoc scio ex quo literis nostris apu Vestrates dicatae sint cathedrae, inde haud pauco Germanorum in iis locatos fuisse, et vicissim Bata vorum et Belgarum haud paucos in Germania academiis rerum suarum domicilia posuisse. Puti dum foret eam rem exemplis firmare velle. At re centem jacit Tittmannus invidiae istius materiem fo mitemque, scilicet enatum e marcescente paullatir literarum earundem flore in terris Batavorum. Equi dem quoad istic et ludis et academiis lautissime provi deri videro et literarum cultoribus sua praemia, suo honores constare, quoad Te Tuosque vel aequales ve suppares discipulosque vivos spirantesque viderc hoc est Tollium, Lennepium, Wassenberghium Nodellium, Heusdium, Mahnium, Lyndenium Bakium, Sluiterum, alios, et novam eruditorum fami liam ex Heusdii itidem aliorumque disciplinâ pro fectam: tamdiu dixero vestrâ in patriâ esse integr in literis salvaque et beata omnia.

Quaenam (malum) ista solertia est, quae po pulos cum origine tum honestatis studio conjuncto segregatum it ac sibi invicem inimicos redditum Itane hoc in nostris literis invalescat, quod in alii rebus inauditum est? Itane hoc egerunt majore nostri? Et nos distinebimur infaustâ intercapedine dissidebimus inter nos, clamante Dictatore aliquo et male sani ibimus in partes?

Me scis, Wyttenbachi, neutrarum esse, vel utrarumque potius. Me discipul audiunt in schölis eodem ore animoque n vos evocantem; nunc Germanos: Heyni ños, Beckios, Hermannos, Schaeferos, haeuserös, Schneideros, Schützios, Jac quos alios literatorum ferax patria mea pr eruditione protulit alitque.

At Vosmetipsos ejus dissidii inventor Tittmannus, Teque inprimis, recenti non suffusos. Nolo equidem in altiorem egre tiam, siquidem recentia jactat: alioqui pc amandare ad Bibliothecam criticam Tua monere cum aliorum tum vero maxime quocum homine Germanico Tibi amica sem fuere. Novissima delibabo. En cujatem fa Augustum Matthiam, virum de literis no niter meritum? Equidem nostratem ess rim; et tamen cum istic tum reducem dor tum Tibi, ut qui amicitiae quoque Grammaticam suam graecam inscripserit. etiam recens plurimi fecisti Bastium, eumq erat, ornasti iterato? Neque ille Tibi no et cupere mihi significabat praesens prae ita multis mensibus ante obitum immatu mecum conquereretur nonnullorum e frigescere in Te studia. Caussam si qu

est una. Nam primum impediliora sunt mutua commercia librariorum; unde haud pauca e literario genere a nostratibus edita istic vel plane non innotescunt vel sero, Te ipso saepius querente et mutatum pervolente. Est alia item caussa pejor etiam. Nimirum evolavit haud ita pridem nescio unde cohors quaedam bucinatorum, qui, vel levitate suâ ducti vel adlectati lucri libidine, immodico plausu ferre solent quidquid ubicunque a quibusvis filiis terrae temere scritur, dummodo sibi sit missum commendatumque. Unde fit, ut hi, corrupti laudatione nimiâ neque jam potentes sui, sibi spiritus sumant, atque, ubi virum gravem constantemque offenderint non acclamantem sibi, continuo opinentur capitalia facinora fieri in civitate, et Quiritium etiam fidem implorent. Istos Tu te Tibi scilicet amiculos reddideris bucinando! Alii Tecum expostulant, quod Bibliothecae Leidensis copiarum tenaciorem Te fingunt, quanquam Tu iis qui istuc veniunt nihil invidere soles, et absentibus saepius publice etiam ostendisti, non esse rerum eam conditionem Tuarum ut librarios puerosve literatos alere posses.

Quod vero nuper admodum Batavos succensere coepisse nostratibus Tittmannus narrat: ego alia omnia narrare possum. Nam alia sum expertus. Sic, ut hoc utar, haeret altissime fixa animo memoria ejus diei, quo die Amstelaedami primum

conveni Hieronymum Boschium domi suae
ille studiose quam amice exquirere res n
qui quidem ei literarum caussâ car
praesertim Heynii et Iacobsii! Quorum il
las novissimas depromere de scriniis, e
vultu, eo fervore, eâ et vocis et animi co
recitare, quae vix cadere videretur in se
minique dubium relinqueret, eum his cun
ris et amicitiâ et omni voluntate sententi
junctissimum esse. Et tamen erant Gern
Batavus. Et tamen Iacobsium habebat
suarum rivalem. Uterque diligebat Ant
eique operam dabat. Eat nunc Tittman
utriusque notas, praefationes, epistolas,
inde sibi illud: quod minutis angustisq
disjungendae rumpendaeque amicitiae ar
esse soleat, inde candidis generosisque
enasci ejusdem arctius etiam jungendae
nandaeque. Omitto qualis in me ips
Boschius, hominem, nullâ magnopere
datione notum sibi, nullâ laude clarenten
magis nunc dicam qualis in me fuerit illi
Lennepius, qualis Kemperus, affinis Bosch
que collega, Wyttenbachi, qualis Tuae
alumnus Heusdius, quales alii plurimi.

Ac profecto quid ego in utrovis
morer? Nonne Tu te in omni vitâ comm

rarum reâpse *mundanum* dedisti? Nonne eodem animi sensu Germanos, Britannos, Italos, Gallos complexus es? Nonne, ut hoc utar, e Britannis Guilielmi illius Jonesii, qui nobis Indiam reclusit, familiaritate floruisti, nonne etiamnum Th. Burgesso junctus es et mutuâ voluntate et literarum commercio, ut ex eodem populo alios taceam? Jacobum autem Morellium, Italum, cum in Bibliothecâ criticâ tum in Philomathiâ et in Phaedonis editione haud mediocriter ornasti. Ac posteaquam per Parisini itineris opportunitatem in notitiam perveneras Villoisoni, Sanctocrucii, Larcheri, Sacyi, nonne ternis illis, quos primo loco dixi, in scriptis Tuis lugubriter et ex animo parentatus es, hunc autem quam longissime iisdem superstitem esse discupere soles? Pugensii item atque Boissonadii crescentibus et ita faves laudibus, et favere Te significas, ut nemo quisquam possit enixius.

At vero cum Tibi haec narro, putidus propemodum ipse mihi ridiculusque videor. Quamquam hanc vocem meam nosti non tam narrantis esse, quam conquerentis Tecum et unâ dolentis: esse homines, ceteroqui haud ineruditos, qui addubitent aut se addubitare certe simulent *lucere meridie*. Te tamen scio, quoniam hoc simile usurpavi, assentatiunculis quorundam aut item obtrectationibus et ineptis et levibus non magis aut

attolli aut deprimi, quam, ubi lucet, corp
vel accedente vel recedente umbrâ.

Igitur per Te quidem licet dimittam is
adversarios. Sed tamen, cum semel sim
sus, pace Tuâ tantisper retinebo dum qu
restant simul expediero. Nosti enim me
contentiosum naturâ tardiorem esse ad liti
atque, ut semel destitero, aegre reciproca

Etenim illud quoque arripuit Tittma
potius commentus est criminationum arg
et vero tragoediarum, quod Tu Ernestum (
ejus lumen est) non in singulis literarum n
quaqua patent partibus aeque praestante
veris; quod eundem in Graecis inferiore
Hemsterhusio, Valckenario Ruhnkenioque
vero Tu feceris, neque ita plane sit. Fui
nemo unquam literatus in singulis disc
partibus sui ipse par similisque. Cess
intimâ graecarum literarum scientiâ illis
Ernestus. Atque sic Tu narrasti candid
pliciter et cum ex animi Tui tum intel
omnium sententiâ. Quid jam? Quid
Etiam; debebas celare, debebas quidvi
tribuere illorum Ernesti imitatorum, v
potius simiarum. Quod quia Te indignum
veraque narrare maluisti, isti nesciunt q
sent, itaque comminiscuntur, captiosequ

atque extorquent sanequam mirifica. Scilic
odisse Te nostratium praestantiam philologorum
displicere Tibi theologos. Quod quam vere eo
clarum sit, liquido monstrabo: noras nemine
quenquam unquam plus tribuisse Ernesto, qua
Bangium Tuum, utpote qui nimium etiam. Nor
item, cum haec ei perscriberes: „de negligent
et temeritate Ernesti in constituendo Cicero
legendus Tibi est Heusingerus in Praefatione
Officia, quae tam accurate docteque facta e
editio, ut eâ Tu quidem carere nequeas“ igitu
ea scribens probe sciebas displicitura vehement
Bangio; neque tamen premebas. Nimirum i
placere nolebas vel amicissimo, ut quidquam u
quam veritati derogares. — At haec ipsa scripsi
odio ductus Tuo in theologos? — Nempe ad the
logum eumque in paucis Tibi carum! — Verum
tamen invidiâ ductus Germanorum? — Scilic
ad Germanum eundem de Germano! Necdum
fidem habebit mihi Tittmannus sic verissime affi
manti: haec est Wyttenbachii ratio, hi sunt more
ubi in literis judicat, nunquam componit homine
cum homine, cum populo populum: compor
virtutem doctrinamque cum virtute, cum doctrin
Fidemne habebit Adversarius, an cavillabitur,
rursus insurget, et dicet: Quid aliud est callide
versute agere, quam in Romano scriptore dice

negligenter eum esse versatum quem in literis facile principem dixeris? Quasi vero congruant, reperiri aliquem minus dilige alicujus tractatione scriptoris et eundem plurimum posse in sermone sive graeco siv et quasi non Heusingerus solum sed qui p eodem genere sunt cum laude versati Hot Wolfius, Martyni Laguna, Gernhardus, Gö alii nostratium vel sic diserte judicent, certe ducti judicio Ernestinas Ciceronis salubriter retractent.

Neque tam usquam gentium Ernest nes cum aliae tum Ciceronis pluris fiunt, veneunt pluris quam in Batavia. Saepe et miratus sum, et cum Mosero meo, quoti brariorum Leidensium tabernas inambu otiosi. Nunc quaeram Tittmannum: Ecqui Professor literarum est? Ecquis istic er adolescentum hoc genus studia maxime Ecquis eorundem maxime moderatur Quaerat, sciscitetur, et respondebitur Wyttenbachius. Qui quidem Ernestinum nem vel ipsum adeo Ernestum non ejiciendum censet propterea quod hunc edendo editoris muneri non usquequa fecisse viderit.

At idem tamen est theologis infensior, o
dicit, nonnisi infausto successu jungi cum hum
nitatis artibus theologiae studium posse *) — I
Tu hoc unquam? Dicis arduum esse in utroq
pariter excellere. Ac quo Tu difficilius existim
utramque disciplinam feliciter jungere: hoc plu
facis Ernestum, Albertum, Jablonskium consi
lesque horum theologos alios, in quibus eti
hujus, quem extremo loco dixi, opusculorum e
ditus est editor Te Waterus. Loquuntur i
opuscula Tuis subinde notis aucta, loquuntur fa
liaritates quae inter Vos intercedunt; nec mi
cum Voorstio, qui e propinquis praediolo T
hortulis saepiuscule assolet Te convenire caris
mus Tibi Tuisque non minus placidissimis morib
suis, quam quod Ernestinae in theologiâ v
disciplinae docte descripsit, et salubriter eid
adhibet. Nam quod nonnulli subinde mussit
Tuque ipse prae Te fers **), *paucorum Te e*
hominum, illud eam vim habet, doctiorum
esse, non otiosorum, non male feriatorum
vulgi. Quorum qui esse velit, is non potest Mu
rum esse. Ac cujusmodi theologi tibi placere

*) Tittmann. epist. ad Heyn. p. XIX.

**) Vid. Wyttenb. epist. ad H. Boschium in Bi
crit. III. 3. p. XXV.

non semel ostendisti in Tuis epistolis ad E
datis, eum „Grotianos aut Ernestinos“
quales sunt e Vestratibus Heringa et B
Earumdem aliquo loco his Tu verbis in illi
tiam adduxisti ex hoc ordine virum docti
qui hodieque academiam Marburgensem i
ornat: „Arnoldius, Hanoviensis nuper pr
est in meis amicis; itaque inter Vos
amicitiam conciliari par est. Studiorum
Lugduni Batavorum complures annos tr
mihique et amicitiam et ingenium probavi
theologus ad Ernesti exemplar.“ Qu
stola est scripta anno 1789. Scilicet e
oratio hominis est theologis infesti, ma
principi tunc temporis theologorum Ernest
utinam aeque justum probumque se ded
Crusium collegam suum. Sed is nimirum r
erat.

Sunt id genus, aliaque quae huc faciant
pauca in Tuis ad Bangium epistolis, quae
mere longum est, nec attinet. Singulos
diligenter servat J. C. Bangius, ejus filiu
munere successor ac paternarum laudum
mihi autem non cognatione solum, verum
quoque junctissimus. Quocirca indidem
lucem possint proferri, si quando res
videatur.

Sed in rebus apertissimis nimium fortasse lo
gus fui, Wyttenbachi. Quod enim, obsecro, u
quam a quoquam honorificentius de Ernesto judicii
fieri potuit, quam a Te cum aliis in libris factu
est, tum in Vitâ Ruhnkenii *) idque non sem
atque ita plane, ut ei loco libenter immor
viderere?

Igitur recipiamus nos ex hâc arenâ, quo pu
naciter digladiando Adversarius me devocar
Referamus pedem in terras patrias; et memoran
aliquantisper revisamus Tuum Bangium. Qua
quam Tibi patria sunt vireta ad radices Alpiu
ubi infantia Tua vagiit, pueritia lusit. Sed tam
pater adolescentulum Te secum abduxit in Hassi
nostram patriam; ubi adjunctum Te dicis Ban
auctumque ab eo scientiâ et literarum incensu
insigni amore. Neque vero ille vicissim, ut
inter amicos honestarum studio rerum concertant
non permulta in semet transfusa ex Tuo inge
laetabatur. Ejus consuetudinis non dici pot
quam ardens postea Vobis insederit desideriu
Quod quidem in Te tam efficax fuit, ut serio medi
rere quo modo is, si minus in eâdem urbe, verum
men propinquâ satis, perpetuo Tecum esset. Il
cum accipere non potuisset quod Tua ei amici

*) Pag. 79. 157. 219. sqq.

procuraverat, suum desiderium exp
niscendo, tum mutuo commercio l

Et vero proclivius eidem labi vi
ceterum minime loquaci, ubi rediba
ejus temporis, quo ipse cum Wy
silvas prataque perreptaverat Xe
Ciceronem secum gestans, quoad lc
idoneum lectioni; ubi alternis legeba
— — nunc viridi membra sul
Stratus, nunc ad aquae lene ca
Nosti non fabulas captare me aut poe
Tene admonebo silvulae Hombe
umbracula arborum sectabamini, q
legeretis, an fontis sanctae Elisa
„Hassorum bibere heroës" unde
patet prospectus; inque ejus peristy
scripta leguntur, tum haec:

„Fons sum divae Elisabethae
Terram matrem grato rigans f
Quâ fagi, quercus, arbusta,
Et omne genus herbaceum pr

*) Descripsit eum fontem Carolus C
vir venustarum artium inprimis
amicissimus, in Memorabilibus Ha
Tom. IV. p. 1 sqq.

Hujusne nunc admonebo? Sed Te ipsum mem
ea spatia locorum cum desiderio repetere serme
bus; ubi in suburbano Tuo assidentes unâ p
spectabamus prata, et armentorum past
cernebamus gregumque lusus ac tripudia. Atq
Bangius huiusmodi narrationibus addebat ut plu
mum illud;

Res severa verum gaudium.

Quam eandem sententiam retulerat in album Fri
rici Schlichtegrollii, affinis sui, viri clarissimi Ba
ricaeque Regiae Academiae Scientiarum ab Actis u
versis. Qui, quae ipsius est in me amicitia, eand
postea transtulit in album meum additâ honorificen
simâ mentione avunculi. Habebat hoc omnino B
gius, ut adolescentibus recitaret graviter dicta, q
quidem in eorum animis aculeos relinquere
Quâ in re frequentabat Halleri civis Tui carmi
quem quanti fecerit, argumento est parentis
vita a Bangio conscripta. Ut plurimum tamen di
veterum. Mihi quidem eundem crebro dictit
memini illud: *in tenui labor;* Leonardo Creuz
meo illud Baconis: *Philosophia leviter gustat
Deo abducit: penitus percepta ad eum reduci*

Ac quoniam saepiuscule a me quaesiisti c
de rebus Bangii Tui extremis, tum quid me
literas converterit inque literis ad has potissim
partes, Tibique nunc cum maxime suppetit hoc fe

otium feriarum; liceat mihi aliquan retinere confabulando.

Nosti mihi studiorum in literis meo per annos socium fuisse eundem, quem nardum Creuzerum fratrem meum, patruelem, amore germanum. In ejus in philosophiae semina inesse perspexisset auctor exstitit ei, ut hoc ageret; cu naviter philosophari vidisset ejusque scriptum ab eo editum legisset, impuli ut latine de Mundo optimo commentaret cum ipse se ad Leibnitzianam rationem i volebat hanc materiam, utpote primarian tractari. Eam commentationem Creuz suasori solum, verum aliis quoque eruditi habuit, nactusque postea cathedram in nostrâ patriâ etiamnum philosophiam cum doctrinâ saluberrime conjungit. Utrum quoad ipsi vegeta satis senectus esset, i veterum retinebat avunculus, cum ederet disceptandi, ut alter poneret, con alter, ipso audiente moderanteque et ca primis orationem latinam, cujus judica teretes aures habuerit, nemo Te ipso m judicare. Dedimus etiam subinde nos tandum. Quas schedas ab ipso correcta asservo in scriniis; in libris item exem

nis Francofurtense formae maximae, quo ipse e
usus quodque annotatum habet quo die quem dial
gorum legerit. Sic, ut hoc utar, scriptum est
Alcibiadem priorem: „Legi die 26. Augusti 1782.
ad alterum: „d. 27. Aug.“ Vides, Wyttenbach
Bangium Tuum ne praecipite quidem aetate, nedu
devexâ, veterum tractationem omisisse, philos
phorum etiam. A me quidem adolescentulo nol
bat lectitari Platonem, sed amandabat ad Hom
rum, Xenophontem rerumque scriptores. Iam
historicis quid ipso suadente inchoaverim eg
quid postea vel affecerim, vel, si vita suppetet, a
soluturus atque perpoliturus sim, narrare nil attine
Igitur Platonem maturiori aetati reservandum adm
nebat. Quem equidem cum postea attigissem et le
tiones quoque academicas habere coepissem, aeg
carui et auctore et moderatore avunculo. Etenim tu
quidem hujus senectutem obscuraverat torpor ort
ex hemiplegiâ ejusque et memoriam et voce
obtuderat. Sed tamen in illâ vitâ Marburgen
mihi cum doctrinâ suâ tum amicitiâ insigniter pr
fuerunt et ille patruelis quem dixi et Schwarzi
nunc Theologiae Doctor mihique denuo junct
muneris necessitudine et Savignyus Juris civilis
academiâ Berolinensi Professor; cui viro summ
me officiis devinctum in omni vitâ gratus profitebo
Neque tamen Bangius, licet fractus apoplexi

***

non persentiscere sicubi in sermonibu
disset quod ipsum adverteret, et fil
busque animi sui sensa nutu ac gestu
Sic, ut ei Vitam illam Tuam Ruhnkeni
ejusque argumentum breviter ostende
commemini quomodo arripuerit librum
posuerit de manibus, sed pressule reti
in sinu sicut pueruli vel sigilla vel crepu
Me, si quaeris, sex ipsis mensibus
obitum huc vocatum scito; ubi auctus
salario et copiosiore Bibliothecae acade
ratu instructus laetiora studiorum incre
Plurimum insuper auxerunt me scientiâ
runt philosophiae veteris amore coll
amicique. Ac Daubius mihi meus medit
doque unice exprimere velle videbatur
ipsum supra posui, Baconis. Neque e
quisquam Professor philosophiam cu
salubrius copulasse putandus est.
item aliquot per annos egit Goerresiu
homine nihil in vitâ ingeniosius vidi
vidi qui ipso magis in philosophando
Quem ego cum alienissimum reperisse
ratione, qui, quod apud Ciceronem d
nosti, *et spinas vellunt et ossa nuda*
mihi egregie convenit. Idem physiol
dabat nec veteres philosophos negli

cipue Platonem Plotinumque, qui suâ ubertate co
pleverunt reliquos philosophos omnes. Abeggius por
meus, vir gravis inque scriptoribus priscis cum saci
tum aliis docte versatus, creberrimo mecum coll
quio conqueri solebat, misere negligi a plerisque e
philosophos veteres, quorum placita permagna
vim habeant ad N. Testamenti libros intelligend
et Patrum quoque Ecclesiae doctrinam penitu
percipiendam. In quibus sermonibus cum i
mecum nullam philosophiam fructuosiorem cogno
sent esse ad religiones quam Platonicam,, ad ej
ego fontes pedem retuli, hujus rationes, semin
ortusque et incrementa studiosius indagare coepi.

Iam vita Leidensis mea, licet brevis quide
illa impeditaque, caussariâ potissimum valetudin
tamen et aliunde mihi et in his meis consiliis insi
niter profuit. Nam quo tempore Paradysius il
Tuus corpus curabat meum, Tu id egisti, ut a
quid animo deesset. Cumque ego in istâ brevitâ
inclusus gestirem et quasi heluari cuperem Lugd
nensis bibliothecae opiparis librorum copiis: T
enixe operam dedisti, ut, quod superesset mihi ist
temporis, id fructuosissimum abiret. Nam et
Bibliothecâ publicâ liberalissime, Te jubente, d
promtum mihi est quidquid librorum sive script
rum sive impressorum postulassem, et privatos i
super pluteos reclusisti mihi amicissime.

Ac quoniam plurima superessent qu
voluissem; Moserum, nunc in Gymnas
Professorem, istic retinuisti per annum
quo conferret enotatumque praestaret n
nostratium quodcunque rationibus nostr
videretur. Quid? sub ipsum discessum
quo tempore lectulo affixum me detineb
tunc igitur rure me saepius convenisti,
depromta mecum communicasti excerp
haud vulgaria. In omni autem gener
quo me meosque obstrinxisti, ut in sin
quae vitam honestam, cultamque reddu
uti soles sociâ ministrâque Lanâ Gallien
quae parentis loco Te veneratur et ada
enim ejus verecundiam mihi obesse con
gratum certe animum eidem hâc dat
profitear. Et nosti saepiuscule mecum
singulare ingenium virginis, Wyttenb
illâ modestius vidi, nil urbanius, n
eruditiusque. Nam quod aliae in mu
bent, anellos, myrothecia, flosculos,
ea Homerum, Platonem, Plutarchum
habet. Neque tamen eadem pro fus
pro lanâ librum tractare solet, verum
negotiis statis communibusque horas
vel commentando vel lectioni vel
sale sparsis sermonibus splet impend

ut uxori meae in rerum domesticarum cu
suo consilio utiliter adfuit, ita in literario
nere negotiorum mihi istic officiosissima interm
tia exstitit. Neque jactat sese in eis et inge
et institutionis bonis, sed ut ceterum candidissi
est et simplicissimâ, ita ea ipsa dissimulat et cel
git. Cumque latine calleat luculenter, graecum eti
sermonem non leviter combibere coeperit, franci
autem nec minus germanice ita scribat, ut ambi
utrum commodius faciat: tamen usque et usq
premit quae commentata est; neque unqu
arbitror editum iri, ni Tu patriâ utaris potest
in eam, quae filiae pietatem Tibi praestat
aliis rebus omnibus. Insunt vero ut in ipsi
moribus ac sermone, sic item in epistolis, qu
istinc missitantur, mirae quaedam argutiae
Veneres, adjuncto candore et virginali quâd
in ipsis quoque verbis conspicuâ pudicitiâ. Na
Vestras scito epistolas crebro sub oculos revoc
a nobis, interque nos, id est, eos inter, quibusc
seria, jocosa, occulta, arcana omnia, lectitari; o
memoriam Vestram redintegramus, quod saepe fa
mus, et congressus nobis Vestros, rescisso qu
spatii temporisque intervallo, nobismet adsciscim
Atque in Te, Wyttenbachi, non officiorum mo
in me collatorum multitudine sum expertus, ver
etiam omni vitae Tuae actione moribusque ac col

garum discipulorumque in Te reverenti
rebus omnibus cognovi prorsus in Te
quod cum vere tum breviter graviterqu
sisti in Vitâ Ruhnkenii *) : „ Ita enim
res habet, ut vere doctus et literatus, ni
nemo esse possit.“

In me autem voluntatis Tuae c
cumenta in epistolis, in schedis, in
tum hunc ipsum libellum, natum bona
Leidensibus copiis, et Tuis etiam an
velut luminibus, distinctum. Neque
haec mihi satis habuisti per alios:
rasti, neque in satis gravi infirmitate
cisti, quos tamen nobis carissimos
voluit. Itaque remitto Tibi librum,
magis quam Tuum, Wyttenbachi.
eandem propterea quoque, quod Tu u
consilii si minus auctor inceptorque
tamen suasor et hortator exstitisti.

Ejus sermonis priusquam Te adn
Tibi excidit fortasse) respondendum
esse, qui tale consilium praecise repr
enim audire mihi nunc cummaxime
audii antehac voces hujusmodi: „ Sed
te in haec devia desertaque compulit

*) pag. 241. sq.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Aegyptiacae? Poteras Platoni operam dare, poteras Ciceroni, cujus librum etiam aliquem edendum Tibi sumseras." Sic, inquam, fere vociferantur isti delicatissime fastidiosi, qui in classicis, quos unice jactant, scriptoribus nos retineri volunt, qui Plutarchum Porphyriumque vix ferendos putant, Plotinum prorsus ejiciunt, ad posteriorum vero Jamblichi Proclique et similium mentionem etiam nauseant. Unde hoc sit tam insolens fructuosissimae et efficacissimae philosophiae fastidium, Wyttenbachi, et longum est quaerere, nec Tibi ignotum. Equidem, ut alia nonnulla vendibiliora esse scio, sic haec uberiora certe esse idem existimo. Neque enim Sosiorum vocibus ausculto, quid lucubrationibus meis eligam, sed si quid veritatis, si quid rei literarum publicae, si quid studiosae juventutis interesse videro.

Jam posteaquam Te, cum aliunde didicissem eadem sentire, tum vero maxime ex illâ in Plutarchum Tuâ praefatione liquido cognossem, non dubitavi Tecum communicare mea Platonicorum tractandorum consilia. Neque ipsa illa Te volueram latere quae in *Studiorum* ego tomum primum conjeceram rudia admodum et inchoata tantummodo. Tu vero, qui translationes vernaculas alioqui non magis soleas lectitare, quam ego facere, legisti tamen, et haec Tibi probari testatus es prae-

sens praesenti. Ita enim fere Tu: sume Tibi Plotinum et expedi nobis." „Ain' vero? Quodsi Tu mihi animos fi frenos veteri cuidam desiderio meo, huc compressi ac continui." Cumqu publice me admonuisses et amicissime tiisses privatim, obsequendum duxi meae et Tuae auctoritati.

Neque me avertere sum passus vo modi hominum, qui hanc philosophian dam incultamque dicunt aut elinguem. ita fere: Ego elinguem malo quam stulte malo horridam quam effeminatam delibu guentis et calamistratam. Neque vero losophia arida est aut balbutiens, est bre ac vivo spirantique orationis genere ex Tibi haec narro, Wyttenbachi, qui usque ad extremos quantopere suspexe Romanique illum Lycopoliten omnium op inque ipsius lectione probe versatus sis. ne quis calumnietur, germanam esse ve philosophiae Atticae ornatae ingenua quasi Venerum Gratiarumque multo s comitatu. Masculam esse dico et dign argumentum sectanti, in quo ingenium nem extollat. Ac nonnunquam cogita cipio nunc in palmeta Aegypti, ubi vi

deor Ammonio auscultantem Plotinum juvenem nunc in medium strepitum Urbis, ubi ja senescens scholam dictat assidenti Porphyr eumque a rerum fluxarum turbine errantemque o nione ad rerum divinarum perpetuitatem et ad st bilitatem conscientiae advertit. Nam cur tandé quaeso philosophamur, Wyttenbachi, nisi ut fruct inde redundet ad animum, ad mores omnemq actionem vitae?

At, dicat quispiam: „haec Plato mihi praest bit melius et eruditius. Nam nil nisi Platonicus e Plotinus.“ Audio. Platonicus fuit Plotinus. N tamen propterea is est, qui magistri nonnisi dict ta decantet, neque ab ejus commentariis discede audeat. Equidem aliquando ad Enneadas, si De annumerit, sigillatim sejungam Plotiniana decreta Platonicis. Nunc hoc unum a Te ipso sumam. V delicet Tu Plotinum optime vidisti animorum ir mortalitatis rationes latius et subtilius esse pers cutum quam Platonem. Quâ in re plane Tecu facit Tennemannus meus in Historiâ philosophiae*

Et nihilne juvabimur a Plotino quod is Platon argumenta pleraque lucidiora facit contrahendo Nimirum quae ab illo quaestiones saepiuscule oi cumaguntur per orbem plurium dialogorum, a

*) Tom. VI. p. 182. Cf. Wyttenbach. ad Plato Phaedon. p. 197.

certe unius, eas Plotinus fere revocat
monum diverticulis meatuque et anfrac
positas ordine unique brevique ut pl
inclusas collocat ante oculos lectoris
primum, medium, infimum sit faciliu
Atque ut illa ratio cultior sit et venust
certiorem esse nemo infitiabitur. Plura
Plotinum commendant cordatioribus.
sufficiat, ne in notioribus Te remorari
tonis et emendationem et interpretat
partibus posse promoveri assiduâ tra
Plotini tum Plotinianorum philosopho
clum usque et posteriores.

„At obscurus est Plotinus,“ abstrusus.“ Cui ego: Recte mones de rebus repetitis ex intimâ philo ipsâ naturâ involutis pariter possit vu exponi, ac de communibus pervaga oculos positis. Atque explicando fit lu aeque est obscurus atque Platonis ve Parmenides. Quae tamen scripta ex duntur, si hoc agas ut abditos phi eruere studeas. Contra, si difficul intelligendi studium, sed hebetet, nu dentur, quae occlusa esse et operta

Quare accipe, Wyttenbachi, q uno Plotini libro interpretando sim sec

hâec annotatio natâ mihi est ex ipsis meis sch
In quibus hoc necessarium judico, ut liquido n
stretur parum esse, si, quae sublimia et grandi
quatur aut Plato aut Plotinus, suspiciamus et ac
remur et divinitus cogitata esse dicamus; sed
quiri aliquam interpretationem, quae simplicite
dilucide sententiam eorum quae legimus, gram
ticâ ratione singula verba minutatim persequ
nobis patefaciat. Itaque soleo fere in aliis
que lectionibus facere plus minusve, pro scrip
cujusvis, quem tractamus, ratione oratione
Atque hoc etiam nomine laudo mihi meum Ka
rum, qui similiter retinet discipulos in singula
tractatione vocum sententiarumque, quo subiga
ingenia tenera. Alii clamitant: „cursorie (hoc
usurpant) esse agendum.“ Scilicet cursim
agere jubent ut canes lambitantes Nilum. N
humanitatis disciplinis humanam rationem secta
non caninam. Et quid aliud est corrumpere l
quam praeceptoribus defunctoriam disciplinam
culcare velle?

Neque vero doctioribus non inservire
dui hâc annotatione in librum Plotini.
cum, ubi ad operum omnium editionem veuer
critico me munere continere potissimum deb
ita, ut quidquid interpretationis est, rejiciat
Lexicon Plotinianum: nunc quidem in hoc un

bello specimen prodere volo, quo cc
arcto vinculo contineatur ejus philosop
non modo cum ipsâ lectione Platonis
lis, sed reliquorum etiam philosophor
Etiam hoc volui intelligi, quantum invi
juvent Plotinus et Novi Testamenti scr
bis praecipue, itemque Ecclesiae Patre
Quâ in re utrum modum tenuerim
an justo fuerim profusior, Tu omnium
cabis, Wyttenbachi.

Malo autem in annotatione ubert
succum alat, quam exilitatem aridam je
Et licet dialectica ratio magna pars si
terpretationis, praesertim ubi in phil
ris; neque tamen negligi volo explicat
id est, notionum, et placitorum. Hun
adumbravi, interpretandi modum sur
que Batavum dicant. Ego quid Batavu
manicum Gallicumque sit explicandi
fateor ignorare: hoc scio illud fructu
placuisse e Gallico populo Salmasiis,
Valesiis, e Britannico Bentlejis, Davi
Gronoviis, Hemsterhusiis, Valckenarii
e nostratibus Barthiis, Spanhemiis,
longe sequor quorumque vestigia s
Qui haud pauci hodieque unive
candi negotium ad grammaticam

vocant, ii parum mihi tenere videntur quod Plut
chus Tuus eleganti similitudine exprimit: „
„Platonis aut Xenophontis libros propter diction
„nullâque aliâ de caussâ legunt, nisi ut Attic
„illam munditiem inde veluti rorem despume
„quid aliud diceres illos facere, quam fragrant
„et floridum medicamenti colorem amplecti,
„vero expurgandi corporis aut sedandi doloris ne
„nosse, neque admittere." *)

Sed, objiciat aliquis, me eundem in Proclo mis brevem fuisse. Tibi ego meam sententi probavero, si respondero item breviter: nolui me commentarium commentario onerare. Nec magis placuit operose agere in Nathanaëlis libel Ad ejus sententiam qui plura velit, ei insign opem praestabunt quae Tu in annotatione ad Ph donem super immortalitate animarum ex scriptor veterum plurimorum libris enotata apteque dispos copiosissime exhibuisti. Itaque qui in Plutarcho s

*) *Quomodo quis suos in virtute prof. sent.* p 304 ed. Wytt. Τοὺς μὲν γὰρ Πλάτωνι καὶ νοφῶντι χρωμένους διὰ τὴν λέξιν, ἕτερον μηδὲν ἀλλ' ἢ τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀττικὸν, περ δρόσον καὶ χνοῦν, ἀποδρεπομένους, τί ἄλλο φαίης ἢ φαρμάκων τὸ εὐῶδες καὶ τὸ Θηρὸν ἀγαπᾶν, τὸ δὲ ἀνώδυνον καὶ καθαρτικ μὴ προσίεσθαι μηδὲ γινώσκειν;

diorum Tuorum domicilium locasse
ipsâ monstrasti non minus Te Platon
rem et Platonicis philosophis reliqu
universa ratio, quam in Plutarcho
aperuisti in Praefatione, exemplo mil
mea in philosophorum veterum libris
et exigam: ita ad criticam factitanc
desumsi et teneo illud: „Diu est, quc
laudem consectari desii: si sponte s
pio: sin minus, non curo." *) Pl
nosti quae conditio sit. Neque in
cadit illud „habent et sua fata libelli" r
sunt quo arva fato. Si negligantur
et monstra, quibus evellendis, dom
Hercules sufficiat, nedum homo unu
lis ego sum. Hic quidem liber Plotii
multum debet, ut in affecto corpore
militudine utar. Ego ubi salutem pr
tui, vulnera indicasse satis habui. I
bito, quin plura refingere feliciter]
ad omnium Enneadum emendationem
hoc loco non possum non mentione
dam philosophi, qui sexennio fe
versum Plotinum, quem ipse vix
transennam adspexerat, nempe p

*) Pag. XXXII.

nem latinam Ficini, volebat vernaculum fac
scilicet stans pede in uno, idque mihi signific
per literas. Quem ego avertisse visus sum
cum ei senticeta monstrarem, quibus horreret
ginquum iter per quinquaginta quatuor libro
quasi stationes. Quocirca nec doleo non ad ma
in hoc mihi libro fuisse translationem Angli
Taylori, cujus titulum posui in Praeparatione
Nam quas ejusdem viri aliorum librorum Ploti
norum translationes mihi inspicere licuit, eae
habent nec emendationis sive conjectariae si
codicibus depromtae, neque quidquam explica
nis eruditae. Cur autem hunc, si quaeris, ex
liquis omnibus librum selegerim, rationem ap
in Praeparatione. Videlicet adolescentibus volel
munire aditum ad Plotini ac similium philoso
rum scripta. Nathanaëlis vero libellus iisdem
pacto inserviet, ut, quod in philosophiâ sumn
est, mature adsuescant bifariam disquirere,
que ante teneri se patiantur adstrictos, q
quid optimum sit, judicare possint. —

Quod Plotino Proclum comitem addidi: vel
utique, tertium adjungere potuissem socium, *P*
tarchum de pulcro ipso disputantem. Verum h
libri unquam reperiendi spem praecisam in pe

*) Pag. CXXXVII seq.

tuum esse, in illâ praefatione nos
cuisti. Itaque adjunxi Nathanaëlem l
stianum, qui etiam postea est natus, q
illud incendium cum Constantinopoli
priscorum scriptorum adhuc serva
absumsit. Sed et demto Plutarcho T
uterque de pulcritudine libellus, proba
argumento, siquidem vera loquitur
verbium: ὅ, τι καλὸν, φίλον ἀεί,
alterum: δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Mihi
Tua humanitas est, ubicunque in n
lapsus fuero, Tu ipse patrocinabere
gio Graecorum: χαλεπὰ τὰ καλά. -
Wyttenbachi, meisque conatibus, i
etiam posthac fave.

Scribebam Heidelbergae d. XI.
gustas MDCCCXIV.

ipse do-
nem Chri-
funestum
gnâ parte
onumenta
robabitur
certe suo
cum pro-
que illud
em, quae
iâ difficili
ertio ada-
aque vale,
unc facis,

ndas Au-

PRAEPARATI

UNIVERSITY OF MICHIG

PRAEPARATIO.

I.

De scriptoribus veterum, qui locum de P critudine tractarunt.

§. 1.

Prisco admodum aevo hanc quaestion *quid hoc ipsum pulcrum sit*, mature agit coeptam, credibile fiet ex iis, quae pau post ex arcanâ Graecorum disciplinâ deli bimus. Unde colligere licet Pythagoricos tissimum, quo magis ad istam se disciplin applicarent, hoc minus tam gravem copiosu que locum neglexisse.

Sed tamen, quod scripto exstet proditu *Sophistas* in eodem argumento certatim e borasse, cum alia fidem faciunt, tum v Platonis Hippias major. Neque vero in eor ludis, qui *Rhetores* se dici mallent, tam fe

ostentandae eloquentiae materi
Quod et ejusdem Platonis Phae
inclusa *Lysiae* oratio docet; e
etiam *Isocratis* Encomium H
qua auctoritate florebat, haud
tores nactus est, ad extremam u
in his *Dionem Chrysostomum* u
scripto, ut in Oratione XXI, q
λουϛ inscribitur. Est potius dia
ex adspectu perpulcri adolescent
maximam partem in comparati
pulcritudinis effeminataeque. I
laudem hoc scriptum, quam r
omnia, ut dolendum sit, tam
pagellis. *Idem* de corporeâ pul
piose disputat in Melancomâ,
ne XXIX.

In eodem numero sunt tr
mationes de pulcritudine in C
fertur *Luciani*. Quarum magn
Isocrateo illo encomio esse cons
per observarunt eruditi (vid.
riss. in Luciani operum edit. Bi
X. p. 367.). Illud non observ
easdem nec minus ex Platonis Sy
colorem, unde totum fere proo
tum dici queat. Sed ne sic quid

istam vitare calluit minutus angustusque imitator, qui et in aliis rebus et in hac quoque peccat, quod ex ambiguo usu vocis *καλός* disputandi vel potius declamandi opportunitatem aucupatur. Quod si igitur Luciani ista chria est, necesse est adolescentis nonnisi esse tirocinium.

§. 2.

Atque haec similiaque excusa in ludis Rhetorum. Ampliora exstiterunt in Academiae spatiis inque porticu Zenonis. Ac primum posteaquam *Socrates*, quantum ex Xenophonteis libris [1] constat, illam Pulcri doctrinam inchoasset, eandem politissimâ arte erudiit *Plato* ita tamen ut aliis deinceps philosophis plenissimum exhiberet locum cum nova reperiendi tum à se tradita exigendi augendique. Per multis autem dialogis ille philosophus ho ipsum quid sit *τὸ καλόν*, attigit, ut in Alci biade priore, in Hippiâ majore, in Sophistâ

1) Memorabil. III, 8, 4. IV, 6. 9. ubi vid. Weis kium. Platonicarum in Hippiâ majore disputatio num summam habes ap. Diogen. Laërt. III. 8 Primariam Platonis sententiam, ipsum pulcru nil aliud quam bonum ipsum esse, ponenti tribus libris exposuerat *Antipater*, teste *Cl mente Alexandr.* Stromat. V. p. 705 Potter.

Gorgiâ, Phaedone, Philebo, Pl
vio. Verum in haud paucis o
breviterque agit. In Hippiâ q
licet plurima proferantur *Pulcr*
tiones, totusque ille sermo cir
stionem versetur, tamen si sin
universaque collegeris, necesse
nil certi hoc quidem dialog
Scepticorum in morem tracta
Philebo haec ipsa quaestio suis
petitur et subtilius explicatur.
ra, Schleiermacheri Introduct.
vern. interpret. II. 3. p. 399 sec

Nec minus in Phaedro pl
tur, quae quid hoc ipsum sit p
riore luce ponere videantur.
item et in Diotimae in primis
colloquio idem argumentum
terque, vel potius, ne parum
divinitus tractatur.

Atque ex tribus his di
Phaedro, *Symposio*, praecipu
extremo loco posui, haud pau
convertit *hoc ipso libro Plotin*
suis quaeque locis annotabin
men minus, si quid vel ad ver
formulas vel ad sententiam e

scriptis vel desumptum videri potest, vel ce expressum, illud ipsum suis quidque lo a me indicabitur.

§. 3.

Stoicos nemo nescit *honesti* notionem clusisse vocabulo τοῦ καλοῦ, ut v. c. Cleant in hymno in Jovem, in Gnomicis graecc. 142 Brunck. Atque philosophi ante Zenon Stoicum, qui primus vocem καθῆκον pro *ficio* usurpavit, alii aliis nominibus offici declararunt, in his et vocibus καλοῦ et ἀ θοῦ. [2] *Chrysippus* vero pluribus libris [3] h gravissimam doctrinam complexus erat. plicabant autem varie τὸ καλὸν illius ratio sectatores; uti intelligitur ex primario L genis Laërtii loco in Zenone VII. 100 (deque in Suidâ II. p. 233 Kust. adde Zo

2) Vid. *van Lynden* in Disputat. de Panaetio 89. Lucianus in Piscatore p. 151 seq. Bip. det ejusmodi philosophos, qui cum ad reg ipsi suas non componant vitam, tamen illud tinenter urgeant: μόνον τὸ καλὸν οἴεσθαι ἀ θόν. Ad ejus loquendi usus originem tene est *Ciceronis* locus primarius de Finib. II extrem.

3) Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ καλοῦ Dio Laërt. lib. VII. §. 101.

Lex. Gr. p. 1159.) quem hoc magis quo lucidius docere videtur, qua tuerit notio τοῦ καλοῦ apud vete δὲ λέγουσι (οἱ Στωϊκοὶ) τὸ τέλι θὸν, παρὰ τὸ πάντας ἀπέχειν τουμένους ἀριθμοὺς ὑπὸ τῆς φύσεα λείως σύμμετρον· εἶδη δὲ εἶναι λοῦ τέτταρα, δίκαιον, ἀνδρε μιον, ἐπιστημονικόν· ἐν γὰρ καλὰς πράξεις συντελεῖσθαι. ἀνάλο αἰσχροῦ εἶναι εἴδη τέτταρα· τό, καὶ δειλὸν, καὶ ἄκοσμον, καὶ ἄφρο δὲ τὸ καλὸν μοναχῶς μὲν, τὸ ἐπαι ἐχόμενον τοὺς ἔχοντας ἀγαθὸν ἐπα ἑτέρως δὲ, τὸ εὖ πεφυκέναι πρὸς τ γον. ἄλλως δὲ, τὸ ἐπικοσμοῦν, ὅτ τὸν σοφὸν ἀγαθὸν καὶ κα λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν ἀγ Illud Stoicorum placitum, *solum esse pulchrum*, (Cic. de Finib. II priis verbis declarat *Clemens* Alex II. p. 243 Pott. διὸ καὶ μόνος ὁ σ καλὸς κἀγαθὸς ὄντως ἐστίν. Cf. p. 440. Quae ex Platone fluxerun tagor. p. 309 C. Steph. p. 459 Heind

4) coll. Clem. Stromat. V. p. 705. qà

xime item a Platonis Platonicorumque decr
tis abest illud Stoicorum decretum, per pu
critudinem mortalium animos cum Deo co
ciliari. Quod quidem ipsis attribuit Jamb
chus de Animâ apud Stob. in Eclogg. Tom.
p. 918.

S. 4.

Platonicos item recentiores hoc ipso a
gumento mirifice fuisse delectatos, arguu
ipsius Plotini scripta. Qui familiae pare
Porphyrii, Jamblichi, Proclique disputatior
bus locum fecit; quas partim ipsas exhibuim
hoc volumine, partim memorando freque
tavimus in Annotatione ad calcem subjectâ.

Nihil igitur mirum, ipsis *ecclesiae Chr
stianae* [5] doctoribus, qui quidem ad Graec

hibitum vellem ab Heindorfio. Adde *Augustinu*
de Civit. D. VIII. 7. p. 196 seq. Paris. an. 167

5) Verbo monuisse sufficiat de N. T. scriptoru
usu. Quibus nemo nescit τὸ καλόν saepi
esse quod *honestum*; sic, ut hoc utar, *Paul
Apostolus*, plane uti Plotinus, ei opponit
κακόν Rom. VII. 21. coll. vs. 18. Idem in epis
ad Galat. IV. 18. eodem sensu eleganter jung
καλὸν — καλῷ, ubi vid. doctiss. *Borgerum*
Spec. hermen. De V. T. Interpretum simili l
quendi usu plura dabit *Biclius* in Thes. II. 10

rum philosophos se aggregassent, hunc dem de Pulcro ipso locum perplacuis quibus plura excerpta dabimus in i notis ad librum Plotini. Hoc loco men se sufficiat duumviros illos, qui in eâ gillatim elaborarunt. Videlicet *Clemens andrinus* eandem attigit in Paedagogo earum disputationum libri tertii initio, inscribitur περὶ κάλλους ἀληθινοῦ, veh ter invehitur homo sanctissimus in ef aequalium luxuriem, et affectatum co studium in utroque sexu notans, com facit lectores suos pulcritudinis incor perpetuaeque. Quâ in re urgendâ e dâque multus est idem, ut ipse aliq (p. 291 Potteri) significat: κάλλος γὰρ πρῶτον μὲν τὸ ψυχικόν, ὡς πολλά ἐσημηνάμην. Licet igitur non

Eundem secuti sunt Ecclesiae doctor mam usque aetatem. Exempli caus nos locos. Nam *Joannes Damasce* dam in παράδεισος (III. p. 30 Ku Lex. Gr. p. 1501 seqq.) de arbor ita: τὸ — τῆς τοῦ καλοῦ τε κα ξύλον. Item a *Scholiasta mscr.* (vel Joannis Geometrae) κεφάλ sic explicatur (ad vs. 5) μετάν κακοῦ εἰς τὸ καλὸν μετ

neque philosophorum more hunc locum explicasse putandus sit: tamen nonnulla habet quae reconditioris naturae sunt, maxime pertinentia ad sacra monumenta Judaeorum. Neque vero minus ille ante Plotinum Plotiniano modo fabulas ethnicorum attigisse dicendus est, ut illam ipsam Narcissi, de quâ postea videbimus.

Aurelius vero *Augustinus* identidem ad pulcritudinis mentionem relabitur in variis libris, quos infra citabimus. Nunc classicum ipsius locum proferemus, undeque constet, eandem materiam ab eo expositam fuisse quibusdam *singularibus libris.* Ita enim ille in *Confessionum* lib. IV. cap. 13. Tom. I. p. 104 ed. Paris.: [6] „Haec nunc non noveram, et amabam *pulcra inferiora*, et ibam in profundum, et dicebam amicis meis: num amamus aliquid nisi pulcrum? Quid est quod nos allicit et conciliat rebus, quas amamus? Nisi enim esset in eis decus et species, nullo modo nos ad se moverent. Et animadvertebam et videbam *in ipsis corporibus aliud quasi totum, et ideo pulcrum: aliud autem, quod ideo deceret, quoniam apte accommodaretur*

6) cf. *ejusdem* epistol. ad Marcell. 138. p. 412. B.

alicui, sicut pars corporis ad universum aut calciamentum ad pedem et simili ista consideratio scaturivit in animo m intimo corde meo; *et scripsi libros de I et Apto, puto duos aut tres.* Tu scis nam excidit mihi. Non enim habemu sed aberraverunt a nobis, nescio quom

Quos si haberemus libros, *latinos* magnam certe partem, haberemus Ploti per eodem argumento scriptos. Quanti fecerit Plotinum Augustinus, quam veh ter eum auctorem sit secutus, fidem f loci et quibus eum adscripto nomine c et alii, quos ex illius enneadum ul fonte duxit.

§. 5.

Longum est enumerare eos, qu renatis literis plurimi in Pulcritudi nâ operam posuerunt. Quorum a cere quodammodo putandus est *M Ficinus* homo Platonicus, si qu et Plotinianus etiam. Atque is tum in ipsis ad utrumque philo

7) Sic, ut hoc utar, libr. III. 18 *Academicos*, Platonis Plotinum cit, *ut in hoc ille revixisse pu*

mentariis, maxime in eo, quem de Platonis *Symposio* edidit Italice Latineque scriptum, eam telam pertexuit. Neque vero eandem non attigit in *Theologiae Platonicae* libris. Vid. ut hoc utar, praecipue insignes locos libro XI. fol. 176 C. et fol. 177 H. Quem certatim secuti sunt alii, pauci passibus aequis. Agitari quoque coepta est haec res diversis plane consiliis et per manus quasi deinceps tradi ad nostram usque aetatem. Quos scriptores qui nosse concupiscat, neque enim hoc nunc ago, is consulat plenissimos utilissimosque hac de re scriptos commentarios literarios, ut *Blanckenburgii* Additamenta ad *Sulzeri* Rationem artium ingenuar. Tom. IV. p. 310 seqq. et *Erschii Repertorium* earundem vid. ann. 1785 — 1795. XIV. 20 seqq. et XIV. 19 seqq.

Qui in eo genere claruerunt cum vegeto animi sensu tum perspicacitate ingenii venustateque, eorum scripta cum omnium cordatiorum terantur manibus, nihil est, quod a me nunc ambitiosius commendentur. Igitur nominasse sufficiat. Sunt autem potissimum hi (nolo enim nunc in altiorum memoriam egredi et Cardani, Hobbesii, Descartii, Wolfii aliorumque mentionem facere, licet nec

eorum est, qui Lexica contexunt, quam qui scriptores interpretantur. Atque illi satis multa collegerunt, unde appareret significationum in hac voce inclusarum mira quaedam varietas. Quae ipsa rursus varietatem peperit

sule Jacobsium in Additamm. Animadvv. ad Athen. p. 77. Sed et *scriptor* ipse καλὸς: *Athenaeus* VI. 91. p. 620 Schw. ἃ ὁ καλὸς Ἡρόδοτος ἱστόρησεν, ubi vertitur *elegans*. *Philostratus* Heroic. p. 8 Boiss. καὶ σύν γε τῷ καλῷ Πρωτεσιλεῳ, „et cum *bono* quidem Protesilao.“ Ubi vid. doctiss. *Boissonadium* p. 306. Adde *Lanzi* de' vasi dipinti antichi p. 199. et *Heindorfium* ad Platonis Hipp. maj. p. 121. Ide *Plato* in Phaedr. p. 235. 213 Heind. Sappho dixerat καλήν, eumque secutus *Lucianus* in I pia p. 358. Pindarum καλόν. Quibus in loc nendum est illud Platonis ipsius ex Theae 132 G. ὁ γὰρ καλῶς λέγων, καλός τε κ Quod ipsum Phaedrum scribens Plato i ne laudanda assecutus dicitur Max Diss. XXIX. 7. p. 472 Reisk. Attico tiam sectatus est *scriptor anonymus* Θετικῷ *mscr. advers. Platonem* Qui posteaquam plura in hunc coll his perorat: ὅτι δ' αὐτὰς ταύτ ψυχὰς προδημιουργεῖ — — — τάπασιν ἀλόγῳ ψυχῇ συμβαίνε αἰσχύνομαι τῷ καλῷ Πλω δεδογμένον, ἢ ποίας ἐξ ἀνάγκ τοῦ δόγματος κ. τ. λ.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

etymologiam, a Platone usque ad recentissimos. De quibus, priusquam ad alia progrediar, strictim videtur agendum, non ipsarum gratiâ, sed locorum quorundam ex hoc scriptorum genere, in quo nunc cum maxime elaboro.

§ 7.

Atque ipse *Plato* in *Cratylo* p. 416 b. Steph. p. 109 Heind. ita de hujus vocabuli etymo inquirit: Ερμ. Τί δὲ τὸ καλόν; Σω. Τοῦτο χαλεπώτερον κατανοῆσαι· καίτοι λέγουσί (λέγει Cod. Darmst.) γε αὐτὸ ἁρμονίᾳ (ἁρμονίῳ Cod. idem) μόνον (μόνῳ idem) καὶ μήκει τοῦ (τὸ idem) οὗ παρῆκται (παρῖκται idem). Quid ab aliis tentatum in loco impeditissimo sit, exposuit Heindorfius; quibus addi poterat Muretus ad Aristotelis Ethic. p. 215 ed. Ruhnken. quanquam non felicior ille quidem ipso Cornario. Ita enim ille: „quam (pulchritudinem) Plato in Cratylo duabus rebus constare dicit, μήκει, id est proceritate, et ἁρμονίᾳ, id est convenientiâ partium etc.“ Buttmannus, converso οὗ in οὖ, hanc sententiam in eo loco inesse suspicatur: *quanquam pronuntiantibus illud* (καλόν) *harmoniâ tantum*

lque longitudine litterae o *mutatum est* (
.οῦν, καλόν). Placent caetera, sed
τοῦ οὗ legerim: τοῦ νοῦ. Quaerit He
genes: Quid est pulcrum? Respondet
tes: Hoc difficilius *intellectu* est, quam
qui pronuntiant quidem harmoniâ
atque longitudine ab *intelligentiâ* defle
Respondent sibi invicem καταγοῦ
νοῦ. Jam mentioni τοῦ νοῦ subjici
tinuo explicatio τῆς διανοίας plan
modo, quo utrumque vocabulum i
tibus junctum reperitur: οὐκοῦν κα
ἀν νοῦς τε καὶ διάνοια ἐργάσ
Est enim totius disputationis ha
τὸ καλὸν quid sit, difficile est
quanquam ab intelligentiâ (νοῦ)
suum invenerit. Est enim *mens*
ὁ νοῦς) non solum τὸ καλοῦν,
cat, *appellat* omnia, sed et
(*pulcrum*). Quae voces morâ tan
no inter se differunt. Μῆκος er
proceritas, ut accepit Muretu
recte vidit Buttmannus, *mora*
Et plane sic μέγεθος de quali
deque mensurâ universe us
sium ad Lucian. Gymnas.
Caeterum τὸν νοῦν pro so

UNIVERSITY OF MICHIGAN

tudinis idque ab ipsis Platonicis, ea docebunt quae in Annotatione congeremus.

Sed redeamus ad etymologias ipsas: Plato ibid. p. 416 C. p. 111 Heind. Οὐκοῦν τὸ καλὸν (κάλλιστον Heind. ex Cod. Gud. aliis; sic etiam Darmet.) τὰ πράγματα καὶ τὸ καλὸν ταὐτόν ἐστι τοῦτο, διάνοια; Haec ratio per manus quasi tradita est cum a philosophis, tum a grammaticis. Ex illis vid. *Proclum* Comment. in Alcibiad. prior. (infra cap. 8.) et in Platon. Theolog. I. 24. p. 60. III. 18. p. 151. *Hermiam* ad Platon. Phaedr. p. 65. et Platonis imitatorem *Dionysium* Areopagitam, qui dicitur, de divin. nominib. p. 559 Plantin. Ex grammaticorum gente vid. Etymolog. magn. p. 485. 54. Zonaram in Lex. gr. p. 1146. Item *Orion Thebanus*, qui in *Etymologico mscr.* haud pauca ex Platonis Cratylo desumsit, in hâc quoque re ab eo pendet. Sed in meo exemplo confusus est locus: καλὸς παρὰ τὸ κλείω· περικλείει γὰρ περιτιθέμενος. κάλος παρὰ τὸ καλεῖν πρὸς ἑαυτὸ ἕκαστον. Videlicet nemo non videt transponenda esse κάλος et καλός. Illud mirari subit *Muretum* placere potuisse istiusmodi rationem, qualis haec Platonica est; et tamen placuit. Vid. Varr. Lectt. IV. 4. p. 32 Ruhnk. At vero,

objiciat quispiam, quaenam verior? Ego nil decerno; proferre volo unam itemque alteram ab aliis traditam. Ac de voce κηλεῖν *permulcere* infra videbimus ad Proclum (cap. 8. p. 221 Cod. Leid.) Alii malunt etymon κάζω (κάω) *orno*. vid. Etymol. magn. p. 485. coll. Zonar. Lex. Gr. p. 1146. eamque etymologiam ceteris praefert Lennepius in Etymol. l. gr. p. 288 ed. alter. quem vide. Tertiam exhibet Etymolog. magn. alio loco p. 486: παρὰ τὸ ἅλλω τὸ πηδῶ, igitur a *saliendo*. *Kannius* denique, qui nuper ingeniose in etymologicis est versatus, repetit a voce primitiva ἅλω, adjunctâ vi *crescendi*, *florendi*, *splendendi*, velut aurum; unde et ἀγάλλειν manarit θάλλειν, et vero etiam latinum *bellus pulcer*.

Atque in latinae vocis origine sec non minus dissident Grammatici, qv graeco vocabulo. Haec qui nosse cu eat *Gerh. Vossium* in Etymol. ling. 418. Neque non dissidebant in s Qua de re verbo monebimus. Nam guae latinae ratio *pulcrum* adspi set, ne duabus consonantibus inte spiratio, eamque legem et Var ronis sanxisset auctoritas (*Cic.*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

48 coll. *Charisio* I. p. 56; *Scauro* p. 2256 ed. Putsch.)? postea tamen hominum plurimorum, h inserentium, usus ita invaluerat, ut ipse Cicero, quanquam sero, eidem obtemperaret, scientiam sibi reservaret (vid. ibid. adde Marium Victorinum I. pag. 2466 seq. Putsch.).

Quocirca nemo miretur, ubi in hâc ipsâ meâ editione duplicem vocis scripturam offenderit. Nam cum mihi quidem rationem sequendam esse censuissem; in aliis tamen nullâ severior esse, quam ipse Cicero aut optimus quisque scriptorum veterum. Itaque *Ficino* concessi ubique suum illud *pulcher*, *pulchrum*, *pulchritudo* [9], quam scripturam editio quoque princeps (Florent. an. 1492) constanter retinet. Quod ut facerem, non Ciceronis solum et Grammaticorum veterum testimonia me commoverunt, sed Graecorum quoque consuetudo, qui quidem πουλχερ

9) Verbum addam de *pulcritate*. *Nonius Marcellus* II. 665. p. 675 ed. Gothofred. *Pulcritas* pro *pulcritudo*. Caecilius Harpazomene: „Dii boni quid illud est pulcritatis.“ Quam formam si item sanxisset usus, poterant Romani Graecis, terna ternis, reddere: pulcrum, pulcritudo, pulcritas, τὸ καλὸν, τὸ κάλλος, ἡ καλλονή. Nunc unum invidere debebant.

scriptitarunt, (etiam in monumentis. vid. v. *Gruteri* Thes. Inscriptt. p. 428. nr. 11) et ver codicum etiam manuscriptorum auctorità Nam ipsius Ciceronis libri, quos inspicer mihi licuit, scripti communem fere usum se quuntur, ut v. c. in Academicis Uffenbachia nus, nunc meus, membranaceus, elegante exaratus ab homine Italo, idemque in libri de Divinatione [10], de Nat. Deor. (ut I. 1 18. 27. II. 22.) In quâ constantiâ ibidem re peri tres codices Leidenses membranaceos; quibus is, quem nr. 84 inscripsit catalogu nunquam ab eâ recedit, alter autem (nr. 8 perraro, pariterque tertius (nr. 118) idemq egregius literisque scriptus Longobardi qui Nicolai Heinsii fuit. (Vid. Catalog. B

10) V. c. I. 13, ubi Codex: num etiam V *Coae quae* pulchritudinem; unde fluxisse tur illud *Cnidiae Coaeque* aliorum, recte sum ab Hottingero. Vera lectio haec esse: „Num etiam Veneris *Coae quam* dinem effingi adspersione fortuità put plex interrogatio, in uno membro i bavit librarios, graecitatis rudes. I dicam alibi. Quod Codicem U meum dixi, acceptum refero V. Cl. *manno*, nuper collegae et liter. o demia Marburgensi Professori me

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Lugd. Bat. p. 330). Atque eidem usui indulsisse in edendis Ciceronis Epistolis video *Martynium Lagunam*, cujus viri judicio plurimum tribuendum est.

Quo minus sollicitare volui Ficini scripturam; quam si refingere voluissem, sexcentis locis erat faciendum. Utut scribatur, quod nuper in Grammat. latin. §. 68. inculcavit doctissimus *Seyfertus*, illud tenendum est, ut in neutram partem perversam admittamus pronuntiationem nostratium, sed *pulcer* aeque ac *pulcher* proferamus veterum more, quasi scriptum sit *pulkher*.

§. 8.

Sed expediamus nos ex vocabulorum tricis, et quidquid etymologiarum recte habeat, relinquentes in medio, illud potius teneamus quod Aristoteles (Topicor. I. 13. p. 284 Sylburg.) nos admonet, nimirum ὁμώνυμον esse τὸ καλόν. Et vero *aequivocum* est, si quod unquam, hoc vocabulum. Quid enim significationum usus Graecorum ei deinceps adjunxerit, nemo paullo eruditior ignorat. Neque nocuit haec ambiguitas hominibus Graecis, immo profuit plurimum. Recte enim *Matth. Gesnerus* ad Lucianum, Tom. IX. p.

551 Bip. „*felicem hanc ad mores puerorum adolescentulorum formandos linguae Grae confusionem* dicit, quod eodem nomine pulchrum, quod in corpora cadit, tum g rosum illud in animis honestum comp fuerint.“ Sed tamenparum dixit vir doctissi si Graecorum religiones, poësin, instituta nia spectes. Neque enim ullus unquam popu inventus est, qui aeque persentisceret quidq in quibuscunque rebus pulcrum sit, eo sensu aeque se moveri pateretur in o vitâ, cum publicâ tum privatâ. Legat n aliquis Graecorum scriptores inde ab Ho ro usque ad extremos et fateatur necesse primigenio eos homines nativoque flor pulcritudinis sensu. Atque ut ab eo mur, quod corpore pulcrum est, plen monumenta veterum, quantum ei tri Graecia. Ego paucis defungar: Eu ad Iliad. III. 65. p. 290 Basil. — *ὅτι τὸ κάλλος οὐκ ἀπόβλητον ἀλλὰ τίμιον λοῖ οὐ μόνον τὰ τῶν ἐρώτων ἀγάλμα ἐνέπρεπον οἱ Ἑλληνικοὶ γραφεῖς* (pict *λὰ καὶ τὰ τῶν καλῶν ἠρῷα. Φίλ κϛϑ' Ἡρόδοτον* (lib. V. cap. 47.) *Κ Ὀλυμπιονίκης κάλλιστος ὢν, ἐτιμ κελίᾳ. ἠρῷόν τε γὰρ αὐτῷ ἵδρυτο,*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

αὐτὸν ἱλάσκοντο. Sed exempla plura eorum, qui a veteribus formae munere coelestes honores assecuti sunt, vel certe heroum cultu dignati, suppeditabit Ezech. Spanhemius de U. et P. Numism. II. Diss. 11. p. 334. Atque ut in deorum numerum pulcros retulerunt Graeci, ita ejus admirationis, quâ circa formosos trepidabant, testes quoque esse voluerunt deos deasque: Eustath. ad Iliad. VI. 168. p. 490: χρήσιμον δὲ εἰς τὸν παρόντα τὸ παλαιὸν ἔθος, καθ' ὃ δένδροις ὅσα καὶ πίναξιν ἐνεκόλαπτον οἱ παλαιοὶ τὰ τῶν φιλουμένων ὀνόματα, ὡς εἴπερ Ἔρωτες ἢ Νύμφαι ὀρεσταὶ τοῦτο ἐποίουν· οἷον, ἡ δεῖνα καλή· ὁ δεῖνα καλός — Subjicit Eustathius locum Euripidis ex Hippolyto vs. 1254, ad quem confer Valckenaerium, qui plura dabit. Est enim longum de more veterum dicere plurimum sibi indulgente circa amorum blanditias. Tu, si lubet, consule Nicandrum ap. Athenaeum III. p. 321 Schweigh. ibique Interprett. et eundem Valckenaerium ad Callimachi Elegiar. fragg. p. 211. Et nobilitatus erat hic quasi furor summi etiam artificis exemplo. Namque in Jovis Olympii digito Phidias inscripserat Παντάρκης καλός. Erat enim illius amasius. V. Suidas in Ραμν. Νεμεσ.

(p. 251.) Unde nil mirum est tot pari
pulcrorum Athenis nomina exhibuisse (
p. 255 in καλός). Quid? in sepulcris eju
di elogia voluerunt exstare, ut puero
puellarumque nomina inscriberent, ad
vocibus *pulcer*, *pulcra* (Toup. Emendat
Suid. III. p. 394 seq.). Scriptorum testim
suffragatur supellex literata, quae aet
tulit, gemmarum, paterarum vasorun
varii generis. Atque de gemmis testatu
unus *Ficoronius* in libro: *Gemmae anti
literatae*, ubi v. c. tab. 3. nr. 19 in plas
smaragdino est: παντα καλος, quod e
haud scio an non recte, pro nomine pr
Pantacalus habet. Multo magis freque
illam formae laudem vasa picta. Q
enim ibi illud καλός! Adi modo, si
Passerium in Picturr. Vascull. Etrusc.
III. p. 18 seqq. *Hamiltonii* Collect. Vas.
I. tab. 10. 50. *Tischbeinii* Collect. Vas.
II. IV passim. Adde *Millinum* in libro
cico Galerie mythologique Tom. I. nr.
saepius, et cf. *Lanzium* in libro italic
vasi antichi dipinti Dissert. III. §. 11.

Atque in eodem genere vasorum a
cis pictorum videas frequenter exhibit
venes cum facibus, nunc incedentes,

UNIVERSITY OF MICHIGAN

currentes. Vid. v. c. *Tischbeinii* opus anglicum proxime laudatum, in Tom. II. nr. 25. et III. nr. 48. Pertinent haec ad lampadum cursus, cum alibi celebratos per Graeciam, tum potissimum Athenis, et quidem ibidem pluribus in sacris. Neque vero ullus celebrior quam qui fieri solebat in Panathenaeis; vid. Herodot. VI. 5. VIII. 98. Pausan. I. 30. Aristophan. Ran. 1085. et quae plura congessit *Meursius* in Panathen. (Gronov. Thes. Antiqq. grr. T. VII. p. 88. cap. 8.)

Quae res, quoniam nos manu quasi ducere videtur eo quo contendimus, ad *pulcritudinis disciplinam reconditam*: age paullisper in eâ immoremur.

Est primarius locus *Hermiae* in Platonis Phaedrum p. 78, quem ex parte exhibet item Scholiastes ad eum dialogum p. 57 Siebenk. Ille autem ita habet: Καὶ γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ἐφεῖτο τὸ ἐρᾶν, καὶ τοῦ Ἔρωτος βωμοὶ καὶ ἀγάλματα ἦσαν καὶ Ἀντέρωτος· ὡς καὶ ἐπιγράμματά γε ἐπὶ τῶν ἀγαλμάτων ἐγέγραπτο ἐπαινοῦντα τὸ ἐρᾶν· καὶ ὁ δρόμος ὁ μακρὸς τοῖς Παναθηναίοις ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἔρωτος ἐγίνετο· ἐντεῦθεν γὰρ ἁψάμενοι οἱ ἔφηβοι τὰς λαμπάδας, ἔθεον, καὶ τοῦ νικήσαντος τῇ λαμπάδι ἡ νυρὰ τῶν τῆς θεοῦ

ἱερῶν ἐφήπτετο. Καὶ ἐν τῷ δήμῳ δὲ ἀπέφ
γον· τὸ δύ' ἐρᾶσιν οὕτω καὶ Ἐπιχ
ἐρᾶν εἶπεν, Εὔδημον καλὸν εἶναι ἄνατον (
Κλεινόμαχος ἐρᾶν εἶπε τὰ μὲν ἄλλα κατὰ
αὐτά, καθάπερ Ἐπιχάρης, Τιμόμαχον δὲ
λία εἶναι. Quae in vitio sunt, ita a se
recta exhibuit Astius (p. 208): ἀπεφαί
το (declarabant, verba faciebant) δύο ἐξ
τε. οὕτω καὶ — — Εὔδημον καλὸν ε
ἄνατον (integrum, sine noxâ et mac
Ego, ut reliqua admitto, ita in isto ἀν
suspicor latere rariorem vocem αἴτην, ν
non assecuti librarii depravarunt. Qui
sit, quoniam in amatorio argumento
mur, addamus paucula quae faciunt a
vocem illustrandam. Ei respondet v
πνήλης, ita ut haec sit *amans*, αἴτης
Vide Callimachi Fragg. p. 505 seq. e
ibiq. interprett. adde Zonarae Lex.
Eandem in rem *Salmasius* ad Arat
alia quaedam protulerat in mediv
liasta mscr. Theocriti ad Idyll. 7
cum ille liber nunc non ad m
ipse doctissimi Scholii partem
meis communicabo, ut legitu
dico Schellershemii fol. 89: 7
τὸ εἰδύλλιον αἴτας· γέγραπ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

διαλέκτῳ· ὁ δὲ λόγος, ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου πρὸς ἐρώμενον. — ἐπιγέγραπται δὲ οὕτως· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἐρωμένους αἴτας ἔνιοι καλοῦσιν, ὡς Θετταλοί· καὶ Ἀλκμᾶν τὰς ἐπιῤῥάστους κόρας αἴτας λέγει· οἱ δέ φασιν αἴτας τοὺς φίλους· μεταθέσει τοῦ ἀντιστοίχου· ἢ αἴτας φίονει μὴ ἰταμούς· ἢ αἴτας ὁ σύμπνους καὶ συναίτης καὶ συμπολίτης· εἰ δὲ ἐπὶ ἐρωμένου τάττοιτο, αἴτης ἂν λέγοιτο ἀπὸ τοῦ ἄειν καὶ εἰσπνεῖν τὸν ἔρωτα. Ex his locis corrigendus *Etymologus mscr.* qui ita: ἀΐστης ὁ ἐρώμενος (leg. ἀΐτης ὁ ἐρώμενος) παρὰ τὸ ἄειν ὅ ἐστι πνεῖν· ὁ εἰσπνέων τὸν ἔρωτα τῷ ἐραστῇ. φασὶ γὰρ τὸν ἔρωτα γίνεσθαι ἐκ τοῦ εἰσπνεῖσθαι ἐκ τῆς μορφῆς τοῦ ἐρωμένου· ὅθεν καὶ εἰσπνῆλας καλοῦμεν τοὺς ἐραστάς, παρὰ Λάκωσιν.

Pertinent haec omnia ad amorem puerorum. Qui quantopere occupaverit Graecorum animos, quomodo nunc emendaverit, nunc ad quamlibet nequitiam abjecerit, nihil est, quod explicem, cum loquantur tot poëtarum ceterorumque scriptorum monumenta. Illud teneri velim, unde proxime sumus profecti, Atheniensium in hâc re morem diserte explicari ab ipso Platone, cum alibi, tum praesertim in Symposio cap. IX.

p. 183 E. p. 33 seq. ed. Wolf. et in Phæ
251 F. p. 203 Heind.

Atque ut Athenis in Panathenaeo
lemnitate Amoris celebrari sacra vidim
pulcritudinis significatione haud o
ita apud Thespienses in Boeotiâ null
quam decorum sanctior est habitus
admodum religionibus, quam hic ipse
Testatur Pausanias Boeotic. IX. 27 in
mario loco, qui et alia habet haud v
et, praeter mentionem δαδουχίας, re
vetustissimorum vatum Olenis, Pamp
pheique, qui hymnos composuerint,
numinis laudem deinceps cantari soli
minus operum eruditissimorum, qui
dei formam exhibuerint summi arti
xiteles itemque Lysippus. Ei loco j
tarchum in Amator. cap. 13, Luc
cap. 17, ne plura congeram. Nos
attendamus, in eis quidem sacr
non celebrari solitum esse ut nov
Veneris filium, qualemque l
centiorum poetarum Musa effi
ludicrum, blandum sed eund
atque nocentem. Nam ab
proditus erat Amor ut filiu
est, relatus erat in ipsa usque

UNIVERSITY OF MICHIGAN

deorumque adeo natales. Eodem eum referebant Orphici qui eundem per aethera meantem singebant primigeniae lucis genitorem ordinisque parentem. Hymn. Orph. VI. 1 (cf. quae plura collegi in Mythologiae Tom. III. p. 505 seq.) Nihil igitur mirum, pro *Orphicis* decretis ea perhiberi, quae apud Platonem in Sympos. cap. 23. p. 74 Wolf. Diotima de Amoris naturâ potestateque tradit, cum magnum eum genium dicit deosque inter atque homines internuntium, et quae alia locus ille classicus [11] habet.

Sed illum Diotimae sermonem rursus attingemus infra, ubi Platonis Plotinique de Pulcritudine rationem aperiemus; nunc aliquantisper circa sacra religionesque morabimur. Traducta enim mature Amoris, tanquam summi vel dei vel genii, cultus ad *animam humanam* est. Inde prodi coeptum,

11) Multorum idem scriptorum mentionibus frequentatus, quas indicavi in Mythologiae Tom. III. p. 82. seq. neque nunc attinet repetere. De Orphicâ autem ejus dogmatis origine teneamus hoc loco testari *Proclum* cum ad Platonis Parmenid. ap. Bentlej. in epist. ad Mill. p. 455 ed. Lips. coll. Fragg. Orphica p. 508 Herm. tum ad ejusdem *Alcibiad. prior.* vid. Ficini excerpta p. 196 ed. Tornaes.

et per hymnos, tesseras, fabulas mirifi
ornari, qui deus universae rerum natu
biter esset, eundem naturae hominu
moderatorem et quasi paedagogum.
ut hic rerum complexus, quem mundu
cimus, priusquam Amor exstiterit, rudi
ers, caliginosus temere fuerit agitatus;
dem illustratus recreatusque, dispositus,
dus, formosus evaserit: ita animam l
nam, docebant, nonnisi illius dei moder
purgari salubriterque conformari posse.
in re felicissimum apparuit et divinum
ejus ingenium, qui primus illam de
et *Cupidine* fabulam excogitavit. Qua
ipsa antiquissima sit eque Thespiensi
teribus sacris profecta: hodieque tar
a fragmentis et vasorum praesertim
discedas, a solo fere traditur Appule
bris Metamorphoseon [12]. Alia in
alii; vel aliunde accepta suis inger

12) Eandem utiliter tractavit nupe
Danus, in Disquisitione fabulae
Cupidine (in opuscull. Havniae
seqq. De Amoris cultu Parian
dei vid. Pausan. IX. 27. Plin.
4. coll. Viscontio ad Museum P
I. tab. 12.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

tutis, moribus accommodarunt. Et plures per Graecorum oppida sedes habuit Cupido, tanquam proprias sibi, in his Parium in Ponto et ipsum celebratum cum sacrorum antiquitate tum insigni artis opere, quod item Praxiteles sculpserat. Adde quod ab ultima inde antiquitate ad extrema tempora usque continenter floruerunt illae religiones. Quae ubi omnia in unum coëgeris reputaverisque, a sacerdotibus, poëtis scriptoribusque omne genus itemque ab artificibus excultam deinceps et adhibitam suis consiliis illam doctrinam esse: haudquaquam mirabere, si ejusdem mirificam quandam varietatem multiplicesque quasi meatus offenderis. Haec ne delibare quidem nunc vacat, nedum cum pulvisculo exhaurire. Illud praetermittere non possumus, quod mature praeceptum est de duplice Venere, coelesti nimirum et vulgari, itemque de utriusque duplice filio Cupidine. Quae ipsa res accommodata est ad *moderamina animae humanae.*

Haec adumbranda sunt nobis, priusquam accedamus ad Platonicorum doctrinam philosophorum; praemittendae item *fabulae* quarum significationem Plotinianus de Pulcro liber habet. Sed tamen, quoniam, quae

roxime sequentur, nuper admodum
ni in Mythologiae voluminibus et suis
que testimoniis munita posui: liceat
lisdem sigillatim citandis hoc loco sup
re, lectoresque meos potius ad illum
amandare 13.

§. 9.

Videlicet animae humanae natu
dolem vicissitudinesque prisci sig
variis symbolis fabulisque. Itaque
runt ipsam divinitus ortam divina
particulam aurea habitare ab init
riore loco deorum, sed tamen
sui paullatim sectari alia, gestire
circa ea quae infra sint. Nasci
concupiscentiam animae eo q
spexerit in speculum Bacchi; q
lis variaeque naturae satyr a
hâc ipsâ variarum, quas illa
contemplatione animos delini
delinita anima jam secura
suae magis magisque irreti
νεῦσις (inclinatio), eamq

13) Vid. Mythologiae Tom.
446 seqq. 528 seqq. 537 se
IV. p. 307 seq. 328 seq.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

(lapsus). Jam enim devia et praeceps data anima ex superiore orbe descendit per portam hominum, constitutam in signo cancri. Inde delata ulterius pervenit ad Bacchi craterem, qui medium locum occupat cancrum inter atque leonem. Atque haec sunt incunabula nascendi. Nam ubi hoc potu inebriata anima est, immemor facta sui, terrena capessat necesse est. Nimirum hic potus injicit genesicam istam oblivionem (γενεσιουργὸν λήθην. Vid. infra Proclum περὶ ἐνθυσ. καὶ κάλλ. cap. 4. init.) At vero in hâc ipsâ potatione cognoscitur animarum indoles. Aliae enim, nimium quantum bibentes, inebriantur penitus, aliae modum adhibentes inebriantur illae quidem et ipsae, neque tamen hactenus, quin facilius reminiscantur atque adeo resipiscant. Eam ἀνάμνησιν (reminiscentiam) adjuvat potus ex poculo sapientiae, qui procuratus aegris mortalibus misericordiâ deorum est. Jam vero illa ebrietas animas detrudit in extremum orbem, in terrestrem locum. Qui quidem et ipse oblivionis (λήθης) locus et est et dicitur. Est item reapse spelunca (σπήλαιον), caliginis, squaloris humorisque plena, atque sic esse eadem videtur animabus nobilioribus, sobriis: sed quae

bene potae eo descenderunt, eae libenter ibi commorantur, rerumque sensibus blandientium copiâ varietateque oblectatae effusaeque in omnem luxuriam, velut in Bacchico antro, per commissationum hilaritatem, nihil fere meditantur reditum, qui ad domicilia deorum animabus omnibus patet. Atque eam differentiam animarum Orphicus homo (sic enim diserte vocatur) Heraclitus ex suae rationis principiis *siccarum madidarumque* animarum appellatione notabilem fecit. Illae quidem erectiores non prorsus desciscunt ab ortu coelesti; et, licet semel inclinatae et ipsae ruant in terrenum locum, tamen presse applicant se genio suo (δαίμονι), qui ipsis adest in descensu (καθόδῳ) earumque in vitâ omni cursum moderatur, et paratiores ipsas reddit ad reditum. Atque hae quidem animae genii dicto sunt obtemperantes, mi faciles, morigerae: alterae contra reluctantes, pervicaces et obliviosae divinarum rerum omnium. Unde fit, ut, cum unicuique mini insidietur malus genius, ebriae supinaeque multo magis pateant his sidiis, quam sobriae; quas et sua ipsa et suus genius munitiores praestant nus genius paedagogi partes in aniv

UNIVERSITY OF MICHIGAN

agit, ideoque *paedagogus* veteribus etiam est dictus, itemque *vitae mystagogus*, a rebus sacris desumto nomine; quasi is animam paullatim delapsam, velut ab initiis, per gradus ad locum deorum postliminio restituat. Quam doctrinam graeci philosophi ad Origenem Platonicum usque adeoque ad Psellum, qui duumviri singulares libros de *geniis* condiderunt, mirifice excoluerunt. Plato quidem ipse genios *pastores divinos* (νομέας θείους) hominum, per singulos ordines, appellat in Politico (p. 537 Francof.). Quae idem copiosius explicat in Epinomide (pag. 1010.), memorans affectus, amores odiaque, quibus ii prosequantur animas hominum vel bonas vel pravas. Atque in primario loco Symposii, quem supra laudavimus et infra rursus attingemus, summus hominum omnium genius communisque est ipse Amor, sive Cupido. Et sicut Amor alatus est, et volatu suo sursum tendit, ita anima, siquidem generosa est, alarum ope sublime fertur. Contra, si divinae immemor originis inertiâ torpet, amittit paullatim alas, et in dies magis obnoxia sensuum deliciis praeceps datur obruiturque. Atque haec est ista πτεροῤῥύησις, quam in Phaedro divinitus Plato effinxit.

Debent autem nutriri animarum alae, qui crescant et volatui inserviant. Neque veri ullo nutrimento fomentoque alio augeri pos sunt, quam *pulcritudine*, *sapientiâ*, *bonitat* (τὸ δὲ θεῖον καλὸν, σοφὸν, ἀγαθὸν, κα πᾶν ὅ,τι τοιοῦτο. Τούτοις δὴ τρέφεται τ καὶ αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμ Platon. Phaedr. p. 246 e. p. 250 Heind.). Ni hil porro pulcrius usquam sapientiâ ipsâ Atque cum Amor circa pulcrum versetur necesse est eundem esse studiosum sapientiae (ἔστι γὰρ δὴ τῶν καλλίστων ἡ σοφία· Ἔρω δ' ἐστὶν ἔρως περὶ τὸ καλόν· ὥστε ἀναγκαῖο Ἔρωτα φιλόσοφον εἶναι Platon. Sympos. ca 23. pag. 78 Wolf.)

Anima igitur, intimâ necessitudine ju ta Amori, et ipsa redditur pulcritudini sapientiae amans adeoque pulcra et amal Contra si reluctatur, eadem temere fe desolatur, conturbatur. Quas easdem situdines Graecorum mysteria, tecte sed ingeniose, significarunt per ipsam lam Psyches Cupidinisque. Hinc ill que jurgia, dissidia, secessus, rurs sideria, reditus in gratiam, blandi plexus. Hinc ille *Eros* et *Anter* cula nunc ardens nunc exstinc

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Panathenaicâ pompâ Atticorum. Sed dies me deficiat, si in harum fabularum religionumque varietatem altius descendere velim.

Illud nemo non videt nativum pulcrarum formarum amorem, quae in Graecis hominibus viguit, divino Cupidinis cultu sacrisque mysteriis castigatum emendatumque esse a legumlatoribus sacerdotibusque. Quibus se applicuerunt inprimis *Pythagorici*, qui per Graeciae magnae civitates disciplinam publicam instituerent. Hi *philosophi*, Orphicis se aggregantes, vitam sectabantur ad amussim exactam (βίον ἐπὶ στάθμῃ); et cum puerorum adolescentumque institutioni praesertim operam darent, resecuerunt quidquid latius videretur serpere et silvescere quasi in eorum moribus. Inde illud silentii praeceptum, inde ea custodia morum, quae ad Laconicam severitatem in multis rebus videretur accedere. Cujusmodi moderamine nihil aliud secuta est egregia Orphicorum Pythagoreorumque disciplina, nisi ut et *animo et corpore pulcri* evaderent juvenes, sive ut εὐσχημοσύνην, quae cultu, gestu, vultu corporeque universo homines commendat, feliciter conjungerent cum εὐθημοσύνῃ [14],

14) Vid. *Proclum* in Platonis Tim. p. 27. qui hoc

quae animo moderatur, ejusque quosvi
fectus menti obtemperantes reddens or
decorique saluberrima effectrix debet ha
Eodem alia haud pauca pertinent quae
universam Graeciam praeceperunt legu
tores et sacrorum antistites. Eo per
v. c. et Amoris cultus apud Thespiens
sacra cohors Thebanorum. Eo item refe
quidam ritus in Apaturiis Atheniensium
nathenaeisque. Nolo infitiari unum alte
que institutum paullatim descivisse a p
integritate pejoris posteritatis vitio: co
principum auctorum spectanda esse
Atque hi quidem nihil aliud voluerunt,
quo possent adolescentes, singuli sin
amicitiae necessitudine juncti, ad omne
virtutum erudiri. Et cum formam amp
rentur maxime Graeci juvenes, quod qu
erat ejus populi ingenium, hunc ipsum
cri sensum salubriter illi ad honestatem
verterunt, ita ut, cum verbis tum sente
ipsâ *pulcritudine* tanquam interprete

vocabulum reddidi pro corrupto εὐθυμι
Hesiodo Ἔργ. 471 dudum reddiderat Gra
et ita Codd. Hesiodi habent, quos nuper
dum contulit Lanzi, p. 218. 289. Caeter
hac voce cf. Polluc. Onomast. IX. 161.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

doctrinae uterentur et quasi conciliatrice atque pronubâ. Hinc illud ὁ καλός, tam frequens idemque tam salubriter ambiguum in Graecorum monumentis; etiam in artis operibus, praecipue in vasis, quae reconditioris doctrinae memorabilem significationem habent. Nihil enim indoctius est, quam hoc ipsum in vasis pictis elogium continuo trahere ad formae praestantiam, optime monente Lanzio in libro Italico de vasis p. 199. Qui enim juvenis optimo ingenio esset, et animum quasi consitum haberet seminibus sapientiae, honestatis, decoris, is, dubitari nequit, quin idem in sacro sodalitio *pulcer* dictus fuerit. Neque alio pertinuit haec appellatio, quam quo Socraticae pertinent illae preces in clausulâ Phaedri (p. 356 Heind. — θεοὶ, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν.) Ipse Phaedrus in Symposio, ubi e vero puerorum amore honestatem omnem enasci docet, hoc eodem vocabulo utitur (ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν cap. 6. pag. 21 Wolf); nec dissimili modo Plutarchus (Quomodo quis s. in virt. prof. sent. p. 308 Wytt. οἷς πρὸς ἀρετὴν καὶ τὸ καλὸν ἡ ἄμιλλα) pulcritudini virtutem copulat. — Sed de philosophis videbimus infra. Qui priusquam per Grae-

ciam exstiterunt, institutio Graeci populi igi-
turque juventutis quoque omnis penes vates
fuit et sacrorum praesides. Qui quidem uni-
versum orbem doctrinae incluserunt *fabulis*,
et quidquid praeceptionum esset *symbolorum*
imaginumque involucris circumdederunt. Su-
pra vidimus quibus tesseris iidem significave-
rint animarum humanarum indolem, fortu-
nam et moderamina. Nec aliter factum est
in tradendâ *doctrinâ pulcri*. Quam et ipsam,
credibile est, profectam esse ex mysteriis Or-
phicis, Thespiensibus, Atticisque. Utque in
omni sacrâ disciplinâ heroum exempla pro-
ponebantur juvenibus, ad quorum imitatio-
nem se componerent: ita nemo dubitabit in
hâc quoque re idem fuisse institutum. Hinc
virtutis viam pracibant Hercules, Jasion,
Demophon, Triptolemus et si qui alii ex po
pularibus, suis laboribus feliciter defur
egregieque beneficiis de patriâ meriti,
dem terreni corporis faecem abjecerant
quodam purgatorio. Sic enim de si
his tradebat doctrina recondita. Cor
qui defecerant in summarum laud
tentione, vel, decepti sensuum falla
mam corporis unice erant amplexi,
nitionis causâ et ipsi repraesentab

matibus imaginibusque. Atque huc spectant illa Hylae, Narcissi, aliorum fabulae, quas singulas neoplatonici philosophi detrectarunt. E quibus cum *Plotinus* itemque *Proclus* in his libris, quos infra subjecimus, fabulas *Narcissi*, *Circes*, atque *Calypsus* significanter attigerint, de his ipsis breviter nobis dicendum est. Quod priusquam faciamus, praemonendum hoc est, in pulcri doctrinâ magnam vim habere illud priscarum religionum decretum de animâ vel sobriâ vel ebriâ, vel siccâ vel madidâ, nec minus illud de unitate appetendâ fugiendâque turbâ multitudinis. Quae praeceptio et ipsa repetita est ex fabulis Bacchi, cum traderent eum deum a Titanibus esse discerptum rursusque compositum ope Apollinis. Hinc τὸ Τιτανικὸν πλῆθος usurpatur pro materiali colluvie, unde revocari vitam volunt philosophi (Plutarchus de carn. esu pag. 996 C. Cf. infra ad *Proclum* cap. 7 init.). In ejusdem fabulae mentione Julianus (Orat. VII. p. 222 Spanh.) suos auditores admonet, ut ne vitam ipsi suam diffluere in multas partes diffluxamque ac dissipatam perire patiantur (ῥυεῖσαν δὲ διεσπάσθαι καὶ διασπασθεῖσαν οἴχεσθαι). Atque eodem loco ad *Plotinum* aliosque Platonicos ipsumque Platonem pro-

vocat, ut qui illam de *flumine pernicioso* doctrinam recte subtiliterque fuerint interpretati. Quae laudes utrum ad ipsum Plotini de Narcisso locum, quem interpretaturus sum, pertineant, nec ne, hoc equidem nihil morabor: illud teneri volo, *Narcissum* fingi misere periisse fonte pernicioso, simul adjunctâ huic narrationi significatione haud ambiguâ ejus doctrinae, quae *vitam nos fluxam sensuumque ludibria* fugere jubet. Quae posterior doctrina profecta erat ex Amoris religionibus arcanis. Facit huc *Hermias* loco egregio (in Platonis Phaedr. p. 106 seq.). Docetur ibi quidnam quisnam deorum dearumv in hominibus erudiendis peragat; ac, pos eaquam de Musis et Musicâ expositum e sic continuatur disputatio: — τοῦ δ' ὅλ τοῦ ἐκ τῶν μερῶν (συναρμοστικός ἐστιν Διόνυσος, καὶ ἡ τελεστικὴ (vid. Julian l. l. p. 221 D. et seq.), τοῦ δ' ὅλου τοῦ τῶν μερῶν ὁ Ἀπόλλων καὶ ἡ μαντικὴ. δ' (leg. ὁ δ' Ἔρως) ἐπὶ πᾶσι τοῦτο (leg. τοι pertinet enim ad deos proxime mem quos secutus Amor operatur.) τὸ ἓν χῆς (cf. Julian. p. 222 A. et Plotin. in G.) καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν τοῖς θεοῖς καὶ τοῦτο ἔστιν ἔργον τῆς ἐ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

συνάψαι τὴν ψυχὴν τοῖς θεοῖς καὶ τῷ ἀφράστῳ αὐτῶν κάλλει. Ab hâc *divinâ pulcritudine*, quo verus Amor ducit, longissime abfuit *fluxae corporis formae inhians immoriensque Narcissus.* De quo nunc paucis agendum est.

§. 10.

De Narcisso.

(ad Plotinum de Pulcritudine I. 6. 8. p. 56 F. Basil. et Heidelb.)

Eam fabulam strictim referunt Eustathius ad Iliad. II. 498. p. 201 Basil. et Eudocia in Violario p. 304: Νάρκισσος, υἱὸς μὲν ἦν Κηφίσσου ποταμοῦ Φωκικοῦ [15] καὶ Λειριοέσσης νύμφης. κάλλος δὲ ἔχων ἀμύθητον, ἐπικύψας πηγῇ τινι, καὶ τῆς ἑαυτοῦ σκιᾶς ἐρασθεὶς, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν ἐκεῖ, καὶ ἐνεπνίγη (ἐναπεπνίγη Eustath.) τῷ ἐνόπτρῳ ὕδατι. καὶ ἡ γῆ ἀνέδωκε φυτὸν ὁμώνυμον τῷ νεανίᾳ. In natalibus ejus juvenis paullum discrepat Ovid. Metam. III.

15) τοῦ ποταμοῦ καὶ Eustathius. Caeterum recte Phocensis dicitur fluvius, utpote qui in Phocide ortus a Copaïde Boeotiae lacu excipitur. Cf. Eustath. p. 208. ubi, Geographo auctore, numerantur septem flumina Cephissi nomine.

342. Liriopen matrem prodens, non Li
sam: mirum quantum dissidet Nonnus
nysiac. XLVIII. vs. 582 seqq. p. 1282 H
qui eum quidem Endymionis ex Lunâ fi
habere videri possit. Eam rem cum p
attenderint qui de fabulari historiâ exp
runt, locum adscribam, adjectis notis,
mecum communicavit *Moserus*:

Εἶχε δὲ Ναρκίσσοιο φερώντμα φύλλα κορύ
Ἠϑέου χαρίεντος, ὃς (ὅσ' [16]) εὐπετάλῳ
Λάτμῳ
Νύμφιος Ἐνδυμίων κεραῆς ἔσπειρε Σελήνης
Ὃς πάρος ἠπεροπῆος ἐύχροος (ἑοῦ χροὸς
Moser. [17]) εἶδεϊ κωφ

16) Ad haec Moserus: Sic Falckenbur
Lectt. et conjectt. p. 1360. Idem in
edit. princ. quae Leidae servatur ita:
ὃν" (ad hoc ὃν, omissum in impressis
neis, respiciunt quae sequuntur verb
vero ad ὅσ', cui ego certe lectionem
lerim, si aliunde constaret Narcissum
dymionis ex Lunâ filium fuisse) „se
scribit (Metamorph. III. 342) Narcis
fluvii fuisse filium." Fuit etiam cus
ὃν — κεραῇ ἔσπειρε Σελήνῃ.

17) Moserus: vid. ad h. l. Cunaei ani
p. 173. cujus ego conjecturam: ἠβ
ἤϑει κουφῷ lubens amplecterer,
lectione codicum recederet. M

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Εἰς τὸνον αὐτοντίλιστον ἰδὼν μορφούμενον ὕδωρ,
Κάτθανε παπταίνων σκιοειδέα φάσματα μορφῆς. —

Neque ortus solum Narcissi, verum etiam obitus variè traditur. Namque, Ovidio auctore, deorum vindictâ, spretum Echus amorem ulciscentium, misere contabuit inque florem cognominem abiit Narcissus. Contra, si Cononem audias, Aminias adolescens, qui et ipse Narcissum deperierat, vindices nactus deos est. Tertiam quandam famam memorat Pausanias, quâ Thespiensem juvenem dolor confecit, ex gemellae sororis immaturo obitu susceptus altissimeque in animo defixus [18]. Quibus dissidiis, non est, quod meum ego judicium interponam. Qui judiciorum di-

lemcunque conjecturam ἰοῦ χροὸς propono, quae mihi leviorem adhibere medicinam nostro loco videtur.

18) Pausan. IX. 31. Cononis narrat. 24. p. 263 ed. Gal. p. 20 ed. *Kannii*, quem confer. Ovid. Metam. III. 342. 505 ibiq. Burmannus et quae ille laudavit. Adde Hygin. fab. 271. p. 376 Staver. ibiq. citata. Burmanni notam Luciano in Charidemo p. 291 Bip. adhibere debebant editores; nunc hodieque confusus locus est, cui facile medemur transponendo.

versitate delectari cupiat, adeat eos, qui margine laudavi, veterum interpretes. I hoc nunc cum maxime propositum est, mum ut *vim aperiam sententiae, quam et tinus et alii ejusdem sectae philosophi ex fabulâ eruerunt; deinde ut exigam, ge nane sit haec explicatio et consentanea pr Graecorum religionibus.*

Ac primum Pausanias (IX. 31 extr quo loco negatum it, Narcissi florem ex vene invenisse nomen, continuo subjici Pampho, qui multis annis antecedat N sum Thespiensem, sic traditum esse, P pinam, cum a Plutone raperetur, fl deceptam fuisse. Quibus additur illu παοθεῖσαν (ἁρπαοθῆναι al.) δὲ οὐκ ἐσ τηθεῖσαν, ἀλλὰ ναρκίσσους. Eandem sequitur auctor hymni Homerici in C qui ejus floris laudibus plures vers seqq.) insumsit, quod nec *Ruhnkeni* Unde hoc efficitur, Narcissum flo quâdam cum significatione memora vatibus, idque in Proserpinae r phocles item in Oedip. Colon. 68 rem μεγάλαιν θεαῖν στεφάνωμα d alii de ipsâ Proserpinâ Cererequ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

alii de Furiis (vid. doctum scholion ad l. l. ubi Euphorion et Istri laudantur, unde nonnulla sumsisse videtur Natalis Comes IX. 16. adde Cornutum d. N. D. cap. 35. p. 235. et Pausan. VIII. 51 init.) Eodem alii traxerunt floris nomen, ut vel a terrore adeoque rigore, quem incuterent Furiae, vocatum crederent, vel ab eo, quod mortui obrigescerent (vid. locos laudd.) Quidquid accipias, hoc disertis Veterum testimoniis constat, ad *inferos*, *sepulcra mortuosque* ejus vim pertinuisse (Cornutus l. l.) Cujus rei caussam quod nonnulli ex eo repetebant, quod circa tumulos nasceretur ut plurimum, videtur eos ratio fefellisse. Potius vim naturamque floris odoremque spectare debebant, ut omittam alia. In quibus illud inprimis quoque tenendum est, quod, Graeco quidem Italicoque sub coelo, identidem in anno proveniret, et extremo etiam autumno. Unde *sera comantem* dicit Virgilius (Georgic. IV. 122.) Quin etiam idem flos fertur triplicem, quae per annum fit, arationem renascendo quasi designare (Plin. H. N. XVIII. 26. 65. cf. Interprett. ad Virgil. l. l.) Quae una res facile adducere potuit priscos homines, ut Cereri dicarent, et Proserpinam hoc ipso flore de-

ceptam raptamque fingerent. Sunt vero aliquot genera florum, quae apud Veteres narcissi nomine veniant, in quibus et is est, *qui hodieque vulgo sic appellatur.* (vid. *Theophrasti* H. Pl. VI. 6. ibiq. *Boden* a *Stapel* p. 667 seq. *Schneiderus* in Indice ad Scriptorr. Rei Rust. Interprett. ad Virgil. l. l.) Veteres porro hunc florem lilium (λείριον) vel dixisse vel cum lilio conjunxisse, Cretenses item vocitasse ἀκαμαλλίδα, traditum accipimus (vid. Athen. XV. p. 480 Schweigh. ibiq. Theophrastus et Eumachus. Hesych. Tom. I. pag. 181 Albert.). Quod utrum ad varia genera pertineat, in medio relinquamus: illud teneamus fuisse eum florem universae antiquit in deliciis, et coronarium, easque corona hederâ cum narcisso texi fuisse solitas (remon ap. Athen. XV. p. 477 Schw.). in re ut colorem spectarunt sensibu dientem, ita odorem maxime, eosd viter delinientem atque adeo con Atque propter hanc vim, quar loco posui, credibile fit, ejus flo mortem mortuosque ornandos esse, pariter atque papavera, c reri Liberaeque dicata fueru narcissus βαρύοδμος dicitur a

UNIVERSITY OF MICHIGAN

andrinò (Paedagog. II. 8.), a Plutarcho autem (Sympos. III. p. 632 Wyttenb.) nervos hebetare gravitatesque torpidas ingenerare (βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις) in corpore traditur; indeque nomen flosculo inditum, videlicet a ναρκᾶν. Quos unius plantae tam varios usus non facile inter se concilies, nisi vel rursus diversa ejusdem genera cogites, vel orientalium hominum cultum moremque, quo ducti soporifera quaeque et torpefacientia in deliciis summis habere solent. Nominis autem potestas latius patet, neque solum porrigitur ad torpedinem piscem (νάρκην, vid. Platon. Menon. p. 80. a. Steph. p. 29 Buttm. ibiq. laudd.) verum etiam ad fabulas veterum alias, veluti illam de Baccho torpescente (Διονύσῳ ναρκαίῳ); quam qui apte velit explicare, eum cogitare oportet et natales Bacchi adventumque ex Nysâ, id est ex urbe noctis (cf. quae exposui in Mythólog. III. p. 138.), et vero ejusdem dei descensum ad inferos consuetudinemque cum Polypno sive somni mortisque genio. Quod hoc loco attigisse sufficiat: alibi hanc ipsam fabulam explicui; *vocabuli* vero vim, etiam per fabularum historiarumque circuitus copiose persecutus *Kannius* est, cum in Pantheo p. 338. tum

nuper admodum in eo libro, qui Chiro inscribitur.

Nunc quidem hoc teneamus potissim *suavem* fuisse illum florem veteribus, ut p crum, olentem soporiferumque, et eund tamen ad funera fuisse significanter traducti atque adeo ipsum pro *funesto* habitum. I et superiora docent, et diserte testatur *temidorus* in Oneirocrit. lib. I. cap. 77. p 107. ubi coronas, ait, ex narcisso confectas, somniorum visu universis mala portend maxime iis, qui ex aquâ victum quaer vel in eo sint, ut navigent. Quod idem dit διὰ τὴν ἱστορίαν (propter Narcissi fat illud nihil moramur: potius attendamu famam ita pervulgatam, ut etiam ha somniorumque interpretibus placuerit.

Et vero idem Artemidorus manu nos ducit a *flore* narcisso ad *homine* docens alio loco (II. 7. p. 139.) nec memorabili, speculum quodvis terrer ex quâcunque materiâ confectum. sequentibus, in aquam inspicere ta speculum (τὸ ἐν ὕδατι κατοπτρίζεσ tem portendere, vel ei qui inspicie qui secundum quietem sibi vide cisse), vel alicui ex ipsius neces

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Nimirum haec omnia, pariter atque Narcissi universa fabula, ad antiquam pertinent doctrinam mysteriorum, *Cupidinis* praecipue, quem arcanis nuptiis *animae humanae* junctum vidimus. Atque ipsi illi Thespienses, quorum popularis perhibetur Narcissus, festa agere solebant ei deo; vid. modo Pausaniam IX. 31, ne plura repetam, ex parte jam supra prolata in medium. Jam ab illius terrae fluvio, Cephisso, Narcissum procreatum faciebat vulgaris fama, matre et ipsâ Nymphâ. Quod nec minus suam quandam vim habet, si Venerem ex aquis natam cogitamus, indeque, ut ex aliis quibusdam fabulis discimus pulcerrima quaeque, ut quidem veterum ferebat opinio, ex initiis sive elementis progenita esse. Quam in rem Aphthonius disputat (*περὶ κατασκευῆς* cap. 6. p. 134 ed. Vesal.) desumto argumento ex fabulâ Daphnes, quae Ladonis fluvii Terraeque filia formae praestantiâ superabat reliquas omnes; et intercedit utique aliqua inter utramque narrationem similitudo; atque scriptores memorando etiam utramque conjungunt, ut v. c. nuper editus Tzetzes (Exeges. in Iliad. p. 75 Herm.).

Verum in Narcisso natalium mentio aliam nobis viam patefacit, quam persequamur. Matrem accepimus Liriopen dictam aliis, aliis Liriocessam. Quorum nominum utrumvis *suavitatem voluptatemque* declarat. Est enim λειριόεσσα nihil aliud nisi γλυκεῖα, ἐπιθυμητὴ, ἡδεῖα. Etymolog. magn. in λειρ. Apollonii Lex. Homer. ibidem. De voce *dulci*, *molli* ipse usurpavit Homerus (Iliad. III. 152. ὅπα λειριόεσσαν, ubi vid. Heynium). Unde hoc efficitur, ut, sive dulcis cantatrix dicatur Narcissi parens, sive tenera, mollis simpliciter: *voluptatis* significationem in materno nomine inclusam voluerint veteres. Ea reverâ in hoc *fluminis* filio cogitanda sunt utique *voluptaria fluenta*, quibus vita humana dilabitur. In eam enim partem, qui subtilius sentirent, Narcissi eventa accepisse constat. Nam, ut hinc ordiar, *Clemens Alexandrinus*, ubi mulierum vitia coërcet (Paedag III. p. 257. 258 Potter.) significanter addum tangit illud: τὸ ῥεῦμα τῆς ἡδυπαθείας [19]; tum delapsus ad notandam luxi nimiumque cultum corporis, fucum pr

19) Ubi in annot. laudantur loci Eccle Proverb. Salom. IX. 18. citatur item Di

UNIVERSITY OF MICHIGAN

tim cerussamque et specula, adhibita mulieribus, ita pergit: ἐφ' ἧς ἁπάσης μάλιστα κάλλυμμα ἐπιτιθέναι ἐχρῆν· οὐδὲ γὰρ, ὡς ὁ μῦθος Ἑλλήνων ἔχει, Ναρκίσσῳ προεχώρησεν τῷ καλῷ, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος γενέσθαι θεατήν. Itaque, si commenta veterum sequimur, voluptariae aquae ei protulerunt Narcissum, et deliciis suis eaedem rursus in se retraxerunt. Quae qui apud animum collegerit, is fortasse paratam medicinam credat loco corrupto Pausaniae (IX. 31. 6.): Θεσπιέων ἐν τῇ γῇ ἡ Δονάκων (Ἡδογάκων Ald. Amas.) ἐστὶν ὀνομαζομένη (ὀνομαζόμενος Cod. Moscov.) [ἐνταῦθά ἐστι Ναρκίσσου] πηγὴ, καὶ τὸν Νάρκισσον ἰδεῖν ἐς τὸ ὕδωρ φασίν κ. τ. λ. Ego de ejusmodi loco, sine codicum quidem subsidiis, nil decerno: hoc scio interpolatum esse, et, nisi egregie fallor, multo aptiorem eidem futuram esse mentionem hominum *voluptariorum* (τῶν ἡδονικῶν) quam *arundinum*, vel quidquid istud est, ἡδονάκων.

Verum, ut redeam, unde sum digressus, ipsa illa aqua delectabilis exitiosa evaserat Narcisso; et Najades letalem ad fontem

scholiis, qui duplicem fontem dicit esse alterum Dei, πηγὴν ζωῆς, Mortis alterum, πηγὴν θανάτου.

(φονίῃ παρὰ πηγῇ) Nymphae filii, amore percussi (ποθοβλητοῖο), tristia fata certatim lugebant (Nonni Dionys. XI. 322 seq. XV. 352). Istiusmodi carminibus popelli animos movebant moventque poëtae. Qui penitius inquirebant, agnoscebant et ipsi quidem in eâ fabulâ cum *deliciarum flumen* tum *funestum fontem*, sed, avocatâ mente a poëmatum fabularumque illecebris, et ad rerum humanarum omnium contemplationem evectâ, gravissimam inde doctrinam eliciebant. Quid quaeris? idem illud *fluentum* Narcisso *letiferum* his interpretibus *vitale* potius erat fluentum, videlicet vitae *dividuae*, *humanae terrestrisque* atque *corporeae*. Verumtamen quod *geniturae* sive *nascentiae* dici poterat *flumen* (ῥεῦμα γενέσεως), idem reapse rursus *letiferum mortisque* plenum debebat appellari. Haec tam incongrua et pugnantia inter se, egregie conciliabunt loci philosophorum. E quibus hic primarius est, unde adscribamus insigniora. Ita enim *Anonymus de Incredibil.* cap. 9. (in opuscull. mytholl. ed. Gal. p. 88 seq.), posteaquam vulgarem Narcissi, aquâ suffocati, famam retulisset: οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτο. οὐ γὰρ εἰς ὕδωρ ἀπεπνίγη, ἀλλ' ἐν τῇ ῥευστῇ τοῦ ἐνύλου σώματος φύ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

σε, τὴν ἑαυτοῦ δεσσάμενος σκιὰν, ἤτοι τὴν ἐν τῷ σώματι ζωὴν, ἥτις ἐστὶ τὸ ἔσχατον εἴδωλον τῆς ὄντως ψυχῆς, καὶ ταύτην ὡς οἰκείαν περιπτύξασθαι σπουδάσας, τουτέστι τὴν κατ' αὐτὴν ζωὴν ἀγαπήσας, ἀπεπνίγη, γεγονὼς ὑποβρύχιος, ὡς φθείρας τὴν ὄντως ψυχήν· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τὸν ὄντως ἑαυτῷ προσήκοντα βίον. ὅθεν καὶ παροιμία τις φάσκει, Δεδιὼς τὴν σαυτοῦ σκιάν κ. τ. λ. „Hoc tamen falsum est: *neque enim in aquam, sed in fluxam materialis corporis naturam immersus occidit, suâ umbrâ conspectâ, vitâ scilicet, quae in corpore est, extremo verae animae idolo*, eamque veluti affinem complecti nisus, hoc est vitam secundum illam deperiens, suffocatur aquis submersus, tanquam qui veram animam, vel vitae rationem (idem enim est) sibi convenientem corruperit. Hinc adagio fertur: Timens propriam umbram cet." In fine laudatur explicationis auctor ὁ εἰς τὰς παρὰ Πλάτωνι παροιμίας γράψας. Platonis locus est in *Phaedone* p. 72 Wytt. p. 195 Heind. De proverbio vid. Erasmum in Adagiis p. 16. ibidemque Rhodiginum p. 696. (qui eadem haec attigit in Lectt. XV. 21.) et Interprett. ad l. l. Platon. praecipue Ruhnkenium in Wyttenbachii An-

ot. p. 267 (ubi leg. Cic. ad Attic. XV. 26 pro
. 20. et adde Q. Ciceron. de Petit. Consul.
p. 2.)

Sed de adagio Platonico, quod diversi-
ode acceperunt interpretes, alii viderint:
oc teneamus, Platonicos ex aliis magistri sui
ocis, maxime in Timaeo, materiam quaesisse
berius explicandi arcanam imaginibusque
ariis inclusam doctrinam de animae huma-
ae descensu lapsuque in mortalia corpora.
t quanquam Plato non attigerat fabulam
arcissi, id ipsum tamen ejus, quod in Ti-
aeo (p. 43 a. Steph. p. 329 Bip.) est: „αἱ δὲ
ψυχαὶ) εἰς ποταμὸν ἐνδεθεῖσαι πολὺν
ὅτε ἐκράτουν, οὔτε ἐκρατοῦντο," id igitur
ocum fecit copiosae disputationi *Procli* (
imaeum p. 338 seqq.), quam integram
ere oportet, qui in illa veterum de ani
am fortunâ placita altius descendere,
ue fabularum ejusmodi, qualis ha
adolem perspicere velit. Ego hoc l
ime necessaria inde proferam. Ac
dmonet nos Proclus τοῦ πόματος
einde ita quaerit: quid caussae sit
ae dividuae, in generationem de
ntopere conturbentur et mate
pleantur? Respondet: propter

lapsum, propter vehementem cum corpore consuetudinem, propter concentum consensumque affectuum circa ipsius (animae) imaginem, quod *ingenerare animam* vocant, propter plenam confertamque commutationem ex intelligibili in sensibile, et ex eo quod stabile est in prorsus mobile cet. (— διὰ τὴν αἰτεξουσίαν ῥοπὴν, διὰ τὴν σφοδρὰν περὶ τὸ σῶμα αἰκείωσιν, διὰ τὴν συμπάθειαν περὶ τὸ εἴδωλον αὐτῆς (τῆς ψυχῆς), ὃ δὴ καλοῦσιν ἐμψυχίαν, διὰ τὴν ἀθρόαν μεταβολὴν ἀπὸ τοῦ νοητοῦ πρὸς τὸ αἰσθητὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἡσύχου πρὸς τὸ πάντη κινητόν κ. τ. λ. Ib. p. 358 extrem.) Deinde interpretatur illud, ποταμὸν πολύν, ut sit: ἡ πεπλησθυσμένη τῆς γενέσεως καὶ ἡ πᾶσα μεριστὴ ῥοή. In qua explicatione memorantur et σκολιὰ ῥεῖθρα e veteribus oraculis et ὁ ποταμὸς γενεσιουργός, sive ὁ π. τῆς γενέσεως. Porro adjicit Proclus illa inprimis tenenda nobis: „Velut, *si quis suam ipse umbram adspiciens in aquis*, eoque adspectu conturbetur affligaturque, simili ratione anima quoque suam ipsa imaginem in corpore contemplans huc illuc latam in flumine generationis, et aliter alias affectam, cum ab iis quae intus acci-

dunt, tum quae extrinsecus, ipsa quidem ab affectibus libera est, opinatur tamen se affici, suamque imaginem pro se ipsâ habens, perturbatur et anxia haeret: (— *τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ ἑαυτῆς εἴδωλον ἐν τῷ σώματι καθορῶσα φερόμενον ἐν τῷ ποταμῷ τῆς γενέσεως, καὶ ἄλλοτε ἀλλοίως διατιθέμενον, ὑπό τε τῶν ἔνδον παθῶν καὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, αὐτὴ μὲν ἀπαθής ἐστιν, οἴεται δὲ πάσχειν, καὶ ἑαυτὴν ἀγνοοῦσα, καὶ εἴδωλον ἑαυτῆς ἑαυτὴν εἶναι νομίζουσα, τεθορύβηταί τε καὶ ἐκπλήττεται, καὶ ἐν ἀπόρρῳ* (leg. *ἐν ἀπόρῳ*) *ἐστίν.* (Ibid. p. 340 prop. fin.) Quibus locis jungi debent *Plotiniani* ex libris de animi (p. 381 seqq.), ubi animae describuntur desi derio quodam stimuloque (*ὠδῖνι*) percita ad proficiscendum huc ex coelestibus sedibu eaedemque decliuantes (*ἐκκύψασαι*) e mun intelligibili, indeque assumto corpore terram labentes, aliae magis gravatae, a vero minus. Jam quod (p. 381 C.) ea finguntur in Bacchi speculo suum ipsae lacrum prospicere: (*εἴδωλα αὐτῶν ἰδ οἷον Διονύσου ἐν κατόπτρῳ*) hoc, ne videt, tantundem esse, atque si anim

UNIVERSITY OF MICHIGAN

lose narrantur in *generationis fluento* suam ipsae imaginem contemplari.

Quid multa? utrobique habes animarum quandam quasi historiam, inclusam tesserarum involucris. Neque vero solum Narcissi exemplo, verum aliorum quoque haec res declarata est et exornata varie. Nam, ut hoc utar, eodem Hylas referendus est, qui apud fontem raptus a Nymphis non ultra consequi potuit ducem Herculem, *ἀμεταστρεπτὶ* tendentem ad superiora. Hinc huic juveni Hylae nomen indiderunt quasi *ὕλης ῥευστῆς* obscuram quandam significationem secuti. Quem puerum Echûs quoque memoria Narcisso jungit. Eodem pertinet Gyges, non Herodoteus ille quidem, quanquam et hic quoque, sed tamen Platonicus magis (de Republ. II. p. 211); qui quidem a priscarum fabularum commentis propius abest.

Verum de illis alio loco. Quod extremum posui de Gyge Candauleque, hoc in memoriam redigit Eustathii verba (ad Iliad. III. 423. pag. 347.), ubi de hujus *ἐρωμανίᾳ* agitur, et ille dicitur *οὐκ εὐκράως φιλῶν, ἀλλ' ἐμπιπράμενος πυρὶ ἔρωτος, ἕως ὁ ἔρως ἀπέσβη ὡς οὐκ ἂν ἐκεῖνος ἤθελε.* Gemina de Narcisso habes apud *Nicephorum Basilacam*

(in Leonis Allatii excerptis p. 171.): Narcissus, ignis impatiens in undas se praecipitat: ὡς ἂν καὶ τὸν δοκοῦντα περιπτύξαιτο Νάρκισσον, καὶ τὴν ἔρωτος πυρκαϊὰν ἀποσβέσειεν· ἀλλ' ἡ τῶν ὑδάτων φύσις αὐτῷ κάλλει τὸν ἔρωτα ξυναπέσβεσε, τῷ ζῶντι Νάρκισσῳ καὶ τὸν δοκοῦντα συναποκρύψασα. De locutione ἡ φύσις ὑδάτων, quam iterat Sophista, infra videbimus in Annotatione ad Plotinum. Hoc loco illud verbo monebo, quod Olearium fugit, videlicet hujus Nicephoreae μελέτης nonnulla ad verbum ducta esse ex *Philostrati* pulcerrimo loco de Narcisso (Imagg. cap. 23. p. 796 seqq. Olear.). Atque idem Olearius ejusdem Philostrateae Imaginis alium locum haud scio an non satis accurate explicarit. Fingitur ibidem (p. 797) Thespiensis juvenis tam topere deceptus suâ ipse specie, ut, vel cum amico, colloqui cum eâ videatur vel neque ullo modo fontis fallaciam (τὸ τῆς γῆς σόφισμα, quod idem hinc abstulit Nicephorus l. l.) posse deprehendere. Ad hanc graviter quasi impotentem sui adolescentem increpat Orator: εἶτά σοι ἡ πηγὴ μύθῳ σεται; „Itane vero fons alloquio ad te tur? Verum ille ne eorum quidem qui audit, quae dicimus etc.“ Haec uni

UNIVERSITY OF MICHIGAN

accipit Olearius, ut obstupefactus fingatur tantopere suo adspectu juvenis, ut ne circumstrepentes quidem undas audiat. — Ego vero nescio an illam alteram famam tetigerit doctus Sophista, quae in proverbium quoque abierat. Videlicet Nymphae ferebantur praecinuisse Narcisso aquae inhianti illud tam grave carmen: „Multi vero te oderint, si teipsum amaveris.“ (Πολλοί σέ τοι μισήσουσιν, ἐὰν σαυτὸν φιλῇς) Historia legitur apud Suidam in πολλοί σ. τ. μ. (Tom. III. p. 142 Kust.)

Utut sit, neque enim pugnaverim, continet Nympharum illud alloquium severam notam φιλαυτίας. Neque vero dubitari potest, quin hoc ipsum pariter atque reliqua omnia traductum sit a veteribus ad *animarum historiam* arcanam.

Nimirum anima humana, locata in deorum sedibus, velut in quieto cacumine, stabilis permanet, donec variam corporis mundique corporei imaginem conspexerit, oblatam sibi in speculo Bacchi inque flumine generationis. Illam conspicata, suaeque ipsius formae amore veluti oestro percita, inquieta jactabundaque evadit, et magis magisque facta praeceps terreno tandem concretoque

corpore amicitur. *Haec est ista φιλαυτία animarum*; quam deinde ipsae conquerantur, mancipatae corpori inque vitae hujus quasi caliginem deturbatae. Nam ista animae inclinatio et descensus, accendit ille quidem lucem in ipso corpore, verum anima obscura redditur opacaturque: et illi haec quidem vitam impertit, ipsa vero se perdit suamque mentem. Nam quod mortale est, mentis fit particeps, intelligibile vero in partem venit mortis (*καὶ αὐτῆς ψυχῆς ἡ νεῦσις, ἐνάψασα μὲν ἐν τῷ σώματι φῶς, αὐτῇ δὲ ἐν τῷ σκότῳ γεγονυῖα* [20], *καὶ τούτῳ μὲν δοῦσα ζωὴν, ἑαυτὴν δὲ ἀπολέσασα, καὶ τὸν ἑαυτῆς νοῦν· τὸ μὲν γὰρ θνητὸν νοῦ μετελαγχάνει, τὸ δὲ νοερὸν θανάτου, Proclus* in Tim. p. 339 supra) Inde tam significanter apud *Plotinum* nostro loco (p. 56 F.) Narciso istiusmodi homo comparatur (*ὡς*) *οὐ τῷ σώματι, τῇ δὲ ψυχῇ καταδύσεται εἰς σκοτεινὰ καὶ ἀτερπῆ τῷ νῷ βάθη.*

20) Tangit Proclus *Empedocleum* illud: *Ἄτης δὲ λειμῶνα κατὰ σκότον ἠλάσκουσιν.* Vid. Empedocl. vs. 20. pag. 514, coll. 543 Sturzii. Caeterum de obscuratione et morte animae cf. *Plotinum* p. 80 F. G. loco primario, quem ante oculos habuit Proclus.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Atque illuc spectat duplex ille veterum religionum Cupido coelestis alter, alter terrenus et mortalis. Illuc spectant faces illae, in Amoris arâ accendi et ab adolescentibus per pompam gestari solitae. Quod ne fortasse in dubitationem vocaveris, adspice mihi tot monumenta priscae artis, quae ejus teserae manifesta vestigia servant. Sic, ut hoc utar, in *Picturis Heracleensibus* (vid. opus, quod inscribitur *Pitture d'Ercolano* Tom. V. tab. 28.) hic ipse exhibetur Narcissus, reclinatus ad aquam penitusque defixus in suâ imagine, quam limpidus fons reddit prospectanti. Ille sui oblitus, vel impotens potius, unice inhiat fonti: at qui a tergo admotus tam miro spectaculo *Amor* est, alatus ille quidem, sed tristis et afflictus, nunc cum maxime in eo est, ut conversam faculam humi exstinguat.

Sunt et alia opera artis antiquae, quae Narcissum vel exhibeant, vel certe exhibere sint judicata. Neque enim singuli pro Narcissis habendi, qui vulgo ita dictitantur, sive in signis, sive in anaglyphis alioque opere. Vid. de his docte disputantem *Ennium Quirinum Viscontium* in Museo Pio-Clementino, Tom. II. p. 60 seqq. Aliud ejusmodi opus expressum est in *Museo Florentino* Tom. III.

tab. 71. Narcissum item exhibuit eruditeque, uti solebat, explicuit Winckelmannus in Monumm. antiqq. inedd. nr. 24.

Sed advertenda insuper sunt, magis quam adhuc factum est, *vasa* picturis exornata Graecorum. Quae quidem uti maximam partem ad *mysteria* spectant, optime etiam nuper admonente *Alexandro Labordio* (in Prolegg. ad opus, quod *Comitis* de *Lamberg* collectionem vasorum antiqq. recenset Sect. I. p. VII.): ita dubitari nequit, quin unum itemque alterum vasculorum *Narcisseae* fabulae documenta, vel certe vestigia, contineat. Quam in rem non inepta est conjectura *Millini*, Francogalli, qui in opere, cui titulus Peint. d. Vases antiqq. Tom. II. p. 50, ubi de vase illo Poniatowskii Principis, Proserpinae raptum exhibente, exponit, in alterâ ejus vasis parte florem narcissum adumbratum suspicatur, in alterius partis orâ caput juvenis Narcissi, lepide comans, venustum, atque ex calyce floris laete virescentis prominens.

Ac supra jam a me monitum est, quatenus ille flos ad Cererem Proserpinamque pertineret. Nunc hoc attingam, etiam fatum Narcissi, siquidem id ad animae humanae vicissitudines spectet, referre quodamm

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Proserpinae acerbam fortunam. Etenim si Ceres, quod nemo nescit, *terrae* anima est (vid. Plotinum p. 419.), Proserpina vero *animarum singularum nutrix et parens* (Porphyr. de Abstin. IV. 16. p. 352 Rhoer.): apparet, quomodo ejus deae raptus descensusque ad inferos cum animarum vicissitudinibus contineatur. Nimirum Proserpina, Jovis filia, in sede coelesti locata, illibata unaque permanet, et quidquid ad vegetandum virium habet intactum in se continet. Postea vero, ad fontem ludens, florum varietate decoreque decipitur, deceptaque rapitur, terram subit, occoecatur, dilabitur, et in varias partes fusa terram animat et vegetat. Similiter se habent vicissitudines animarum, quae item in uno nesciunt consistere, sed multitudinem sectantur, inclinantur, labuntur, diffunduntur, corporaque inertia per se opacaque animant atque illustrant. Quae qui reputaverit, is neque de nihilo esse illud arbitretur, quod Nonnus in Dionysiacis, vel potius, quem is excerpsit, Lunae filium fecisse videatur Narcissum. Nam quae *lunae* ratio sit ad generationem et animarum lapsum, putidus sit, qui operose explicare instituat.

Atque, ut finem faciam, equidem haec ipsa de fabulâ Narcissi conjectaveram magis quam docueram in Mythologiae Tomo IV. p. 192 seq. Posteaquam vero vidissem eadem in mentem venisse et auctori anonymo libelli anglice scripti, cui titulus: A Dissertation on the Eleusinian and Bacchic Mysteries (Amsterdam, sine anni notâ), ubi breviter attingitur haec res (vid. p. 12 seq. p. 105 seq.), et vero multo ante *Marsilio* etiam *Ficino*, neque tamen ipsi ullis ad rem firmandam certis testimoniis uso [21]: igitur haec

21) Ejus tamen locum ceteroquin egregium adscribam: „Anima tamen nostra, quod summopere dolendum est, (haec enim est totius nostrae infelicitatis origo) anima, inquam, sola ita corporalis formae blanditiis delinitur, ut propriam posthabeat speciem: corporis vero formam, quae suae umbra est, sui ipsius oblita sectetur. Hinc crudelissimum illud apud Orpheum Narcissi fatum. Hinc hominum miseranda calamitas. Narcissus quidem adolescens, id est, temerarii et imperiti hominis animus, sui vultum non aspicit: propriam sui substantiam et virtutem nequaquam animadvertit: sed ejus umbram in aquâ prosequitur et amplecti conatur: id est pulchritudinem in fragili corpore, et instar aquae fluentis, quae ipsius animi umbra est, admiratur. Suam quidem figuram deserit, umbram

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ostquam vidissem, constitui eam interpretationem adhibendâ idoneâ scriptorum fide conceturis eximere, idque cum Plotini caussâ, m vero ipsius quoque historiae fabularis. am licet ante Alexandrinos nemo scriptor, uod sciam, ejus fabulae diserte mentionem ciat: hoc tamen mihi videor commonstrasse, m non esse commentum posterioris aetatis,

nunquam assequitur: quoniam animus corpus sectando se negligit, et usu corporis non impletur. Non enim ipsum reverà appetit corpus, sed sui ipsius speciem, a corporali formâ, quae speciei suae imago est, illectus, quemadmodum Narcissus, affectat: cumque id minime advertat, dum aliud quidem cupit, aliud sequitur, desiderium suum explere non potest. Ideo in lacrymas resolutus consumitur, id est, animus ita extra se positus et delapsus in corpus, perniciosis perturbationibus cruciatur, corporisque infectus sordibus quasi moritur, cum jam corpus esse potius quam animus videatur. Quam utique mortem ut Socrates devitaret, Diotima ipsum a corpore ad animum, ab hoc in angelum, ab eo reduxit in Deum." Haec *Ficinus* in Commentar. in Conviv. Platon. cap. 17. p. 1165 D. E. Francof. Caeterum *Plotinus*, quod nostro loco et ipse *animi* quasi *mortem* per Narcissi fatum declarare volebat, recte utique illud alterum commentum de *flore* narcisso omisisse judicandus est.

neque arcanam illam ejus explicationem a recentioribus demum Platonicis profectam. Hoc nemini dubium fore arbitror, qui et ad Homerici hymni, Pausaniae, Cononis aliorum locos attenderit, et vero ad opera antiquae artis, vasa praecipue. Neque illud priscorum scriptorum silentium alio trahi debet in hâc fabulâ, quam quo in reconditioribus aliis multis. Nimirum religioni fuisse proloqui.

§. 11.

De Circe et Calypsone.

(ad Plotinum de Pulcritudine I. 6. 8. p. 57 A. Basil. pag. 58 Heidelb.)

Constat inter omnes hunc locum antiquitus et postea quoque plurimorum disputationibus frequentatum esse. Videlicet universam Odysseam mature ad varias explicationes revocarunt eruditi, quo suam quisque rationem Homeri auctoritate munitam praestaret. Inde aliae ex aliis de ipso Ulixe sententiae. Qui quidem ut plurimum habet *pro hominis exemplo universo*, utrâ utentis fortunâ, et modo indulgentis suavitatibus, modo adstricti mentis mo

mine [22]. Hinc ὁ φιλόσοφος Ὀδυσσεύς (Eustath. ad Odyss. X. 236. p. 394 Basil.). Hinc idem mens moderatrix (Nicephorus Gregoras cap. 5. p. 26 Columb. Ὀδυσσέα μὲν οἰόμεθα εἶναι, τὸν ἡγεμόνα νοῦν τῆς ψυχῆς [23]). Hinc

22) Vid. *Incerti scriptoris Graeci* (Est *Nicephorus Gregoras* cf. *Valckenaer.* de Scholiis Homer. in Opuscull. II. p. 145. adde Fabric. B. Gr. V. p. 734 Harl.) *Fabulae aliquot Homericae de Ulixis Erroribus ethice explicatae* edidit J. *Columbi* Lugd. Bat. 1745. cap. 11. p. 64. cui nunc jungendus *Hermias* in Platonis Phaedr. p. 87: — καὶ ἄλλοτε ἄλλῳ θεῶν οἰκειούμεθα κατὰ τὴν τοιάνδε ἡμῶν ζωήν. τοῦτο γὰρ σημαίνει καὶ τὸ τὸν Ὀδυσσέα νῦν μὲν τῇ Καλυψοῖ, ἄλλοτε δὲ τῇ Κίρκῃ συνεῖναι, καὶ ἄλλοτε ἄλλῳ θεῷ. Spectant haec et seqq. p. 93 seqq. ad hoc Platonis decretum (Republ. X. 14. p. 330 Bip.) genium nostrum a nobismetipsis eligi et capi; quem locum item tangit Plotinus in libro *de genio nos sortito* p. 284.

23) Nimirum animae humanae illam partitionem, quam Platonis nobilitavit auctoritas, jam Homero deberi, nonnullorum opinio ferebat, ut Heraclidis, qui dicitur, in Allegorr. Homerlc. cap. 17. p. 58 seqq. ed. *Schowii*, adde p. 250. 263. Peccarunt in eo isti Graeculi, quod nec in Homericae poëseos indolem satis inquirebant, et Platoni ipsi, tamquam auctori inventoriquo, tribuebant, quae priscis religionibus prodita hic philosophus in artis tantummodo rationem rede-

illa sententia Numenii, quam refer
probat Porphyrius (de antr. Nymph.
p. 30 Goens.), videlicet Ulyssem esse
humanam ex terrenae vitae fluctibus
lestia per varios locos, vias mansiones
euntem [24]. Verum nos nunc vide
Ulixe *mulieribus inserviente, si Circ*
lypso mulieres appellandae sunt [25].

gerat. Contra Plotinus reliquique r
Platonici principes hoc pomine de re
literisque optime sunt meriti, quod pr
multarum fabularum sententiam, qua
tim ornaverat illa quidem sed tamen ob
quoque Homerica poësis, quod illam i
pigmentis ornatuque liberarunt, et pri
veritati restituerunt. Quo in numer
dubito, quin etiam Circes fabula et
habenda sit.

24) — εἰκόνα — τοῦ διὰ τῆς ἐφεξῆς γει
χομένου, καὶ οὕτως ἀποκαθισταμένου
ἔξω παντὸς κλύδωνος καὶ θαλάσσης
cf. Columbum ad Nicephor. Greg. p. 1

25) Sunt verba Ciceronis de Offic. I. 31. 8.
mulierem jungit *Maximus* quoque *Tyriu*
sis amoribus disputans (Dissert. XXI
475 Reisk.) — καὶ τὸν γόητα (ἔρωτ
ἐπὶ τῆς Καλυψοῦς καὶ τὸν φαρμα
τῆς Κίρκης. Quae ex Platonis Con
xerunt cap. XXIII. p. 203 D. p. 77 W

Jam ipsa Circes fabula [26] plurimos deinceps nacta erat interpretes. Ac primum Socrates eandem gravissimae admonitioni adhibuit loco notissimo (Memorabil. Xenoph. I 3. 7.). Inde alii deinceps ad castigandas voluptates certatim traduxerunt. Stoïcos constat in eo genere potissimum elaborasse. Moralem item fabulae interpretationem amplectitur Dioscorides apud Athenaeum (I. 18 p. 39 Schweigh.); quo ipso loco paucis interjectis (p. 34) Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς laudatur. Etiam *Philalium* ve

26) Eam e suis fontibus repetere studui in Mythologiae Tomo IV. p. 22 seqq. adde nunc Scholi Parisin. Apollon. Argonaut. p. 160 ed. Schaefer ubi de binis Circis. Et quoniam in philosoph elaboramus, hoc adjicere juvat pertinens ad Ciceronem. Ita enim ille de N. D. III. 19: „Circe autem, et Pasiphaë, *et Aee* e Perseide, Oceani filiâ, natae, patre Sole, in deorum numero non habebuntur?“ Ubi quod Davisius eumque secutus Heynius (ad Apollodor. p. 55 ed. alter.) expunxerunt *et Aee*, eam rationem conjecturi eximere possum. Nam haec ipsa verba desunt in *Cod. Parisino* B, cujus libri, ut hinorum aliorum Pariss., excerpta liberalissime communicavit mecum vir humanissimus *de Savigny*. Caeterum locus *Homeri* primarius, quem omnes respiciunt interpretes, est Odyss. lib. X. vs. 83 seqq.

Philolaum, vel quocumque demum, sin
certe nomine dictum, Corinthium in
iisdem rebus operam collocasse scimus
Tzetzarum Scholiis ad Lycophronem [27].
que ex illis fontibus hausisse judicandi s
posteriores philosophi, quorum excerpta c
alibi, tum in primis apud Eustathium
Commentariis Homericis habes, idque p
ribus locis. Sic, ut hoc utar, ad Iliad
p. 8 Basil. Κίρκη ei est, ἡ θηριώδης ἀλο
Brevissimae explicationi subjicitur locus p
tae, nimirum Theocriteus. Tu vide Id
IX. 36; ubi, quod strictim monitum v
Cod. Schellershem. habet: τὼς δ' οὔτι π
δαλήσατο Κίρκα, adjecto in margine sch
ποτῷ τουτέστι διὰ τοῦ κυκεῶνος τοῦ φ

27) vs. 675. ubi vid. doctissimum *Muellerum*
731. et quae idem subjecit ad calcem i
torr. Ind. p. 163. Caeterum adde qu
eosdem Tzetzas sequuntur, ubi etiam
losâ herbâ moly (μῶλυ, ad vs. 679 sec
seq.), de quo item plura ap. Eustathi
cos Homericos laudd. et apud Photiu
lemaei Hephaest. libro quarto (vid.
Galei Histor. poët. scriptorr. p. 321.
genere herbarum disputant Theophr
15. ibiq. interprett. Dioscorid. III.
delius Exercitt. med. philolog. Cent

UNIVERSITY OF MICHIGAN

κῶδους. Illuc revertor. Copiosiorem illustrationem eidem fabulae impertit Homericus ille Commentator ad locum Odysseae classicum (lib. X. vs. 235 seq. p. 393 seq. Basil.) Longum est referre singula. Apud ipsum legi debent. Orditur autem ita: οὕτω γὰρ ἡ ἡδονὴ ἐφολκὸν, εἰς ἣν ἀλληγορεῖται ἡ Κίρκη. Deinde, multis interjectis, sic rationem suam quasi concludit: περὶ ὧν ἡ ἀλληγορία τοιαῦτά φησι· Κίρκη ἡ κατὰ τὰ γευστὰ ἡδονὴ, καὶ ἡ ἐκ τρυφῆς κατασάρκωσις. ἥπερ οἱ ἐμπελάσαντες ἐκθηριοῦνται οἷον τῇ ἀλογίᾳ, καὶ οὐ μόνον ἄλλως ἀλογίζονται πολυτρόπως, ἀλλὰ καὶ εἰς χοίρους μεταποιοῦνται χαμαιευνάδας, κατω βρίθοντας καὶ ἀνακύπτειν [28] οὐκ ἔχοντας. „De quibus allegoria

28) ἀνακύπτειν, significanter et Platonico etiam usu vid. Hemsterh. ad Lucian. I. p. 196 Bip. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 302 seq. Ei quodammodo opponas ἐκκύπτειν ἐκ τοῦ νοητοῦ κόσμου, quod de animabus usurpat Plotinus p. 381 C. ἐπικύπτειν, nemo nescit, dici prono corpore bibentes e fonte, sive πίνειν ἐπικύψαντες. Nos id ipsum attingamus Narcissi caussâ, de quo usurpant Eustath. ad Iliad. II. 498. Eudoc. Violar. p. 304. Adde Dio Chrysost. XVII. p. 527 Reisk. ibiq. Fred. Morellium T. II. pag. 685. De ὑπερκύπτειν et ὑπακύπτειν saepius confusis vid. Marckland. ad Max. Tyr. XXVII. 48.

haec dicit: *Circe est voluptas gustum adficiens, quaeque luxum et delicias sequitur obesitas et hebetudo.* Ad quam qui propius accedunt, velut ratione ademtâ efferantur, nec solum aliis modis multis irrationales fiunt, sed et in porcos humi se volutantes mutati, deprimuntur in terram, nec sustinent coelum suspicere." Ex hoc loco, vel ex hujus fontibus, insigniter profecit *Nicephorus Gregoras* [29].

Nemo tamen quisquam, ut in alias Graecorum fabulas, sic in hanc subtilius inquisivisse videtur quam *Porphyrius*. Aegerrime quidem caremus hujus philosophi libris plurimis, in his copiosissimo, quod ex reliquiis conjici liceat, illo de *Styge*. Sed tamen hujus ejusdem partem servatam gaudemus hau mediocri literarum nostrarum commodo. Lu gas mihi (est enim integra legenda disputati quae huc facientia inde excerpsit *Ioan*

29) De Errorib. Ulix. cap. 5. p. 26, ubi it sicut apud Eustath. et alios, *Aeaea* insul significationem vitae humanae revocatur: A δὲ νῆσον, τὴν θρηνώδη καὶ πολύδακρυν τ κοῦ χώραν. Vid. ibi Columbum p. 108 qui nec Plutarchei Grylli (vid. p. 985 seqq

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Stobaeus in Eclogis physic. et eth. (lib. I. cap. 52. p. 1044 Heer.) Ubi posteaquam Pythagoricorum de animâ perenni sententiam attigisset, sic infert binos de Circe versus Homericos (Odyss. X. vs. 239 seq.): Τὰ δὲ παρ' Ὁμήρου περὶ τῆς Κίρκης λεγόμενα, θαυμαστὴν ἔχει τῶν περὶ ψυχὴν θεωρίαν. Deinde, haud paucis additis in hanc sententiam, ut doceat, comitum Ulixis fortunam eo spectare, ut animae impurae post mortem in alia corpora, brutorum nempe, includantur, igitur his propositis, de *Circe ipsâ* ita pronuntiat (p. 1050): Ὅμηρος δὲ τὴν ἐν κύκλῳ περίοδον καὶ περιφορὰν παλιγγενεσίας Κίρκην προσηγόρευκεν, ἡλίου παῖδα, τοῦ πᾶσαν φθορὰν γενέσει, καὶ γένεσιν αὖ πάλιν φθορᾷ συνάπτοντος ἀεὶ καὶ συνείροντος. „Homerus autem *nascendi ambitum Circen nuncupavit*, solis filiam, qui omnem interitum cum ortu et ortum rursus cum interitu semper copulat atque connectit." Quo de loco plura disputari possint ab eo qui de universo hoc Platonicorum decreto agere instituat. Quod cum, ad fabularem certe rem, nuper et ipsi fecerimus, et doctissime a Wyttenbachio ad Phaedonem (p. 210 seqq.) *Platonicorum* ipsiusque *Porphyrii* de *animarum*

migratione placita explicita fuerint: equidem nunc paucissima tantummodo subjiciam *de una hâc Circes et notione et appellatione*. Eam ego, nullus dubito, doctissimam dicere et ex antiquis repetitam religionibus. Nam primum nomen *Circes* ipsum nihil aliud quam *circum*, *circulum*, *orbem* significat. Quod enim ceteris Graecis κρίκος, id Dorienſibus κίρκος (vid. Gregor. Corinth. de Dialect. p. 165 Koen. p. 560 seq. Schaefer. ibique interpretes). Inde illud in praestigiis numerari solitum περικεδιάν, si qua femina digitos invicem alternos ita complicuisset, ut orbem quasi facerent (Hesych. in voc. ibiq. Alberti Tom. II. p. 348). Itaque hoc ipso Κίρκης nomine incantatricem declaratam videas et quae fascino perniciosa existeret hominibus. Ex isto praestigiarum genere memorabilis est narratio *Nicandri* apud Antoninum Liberalem cap. 29. p. 189 Verh. de Parcis Lucinâque, quae manibus constrictis sedentes Alcmenam in parturiendo detinuerant.

Porphyrius tamen l. l. alio convertisse videtur significationem *orbis* sive *circuli*, quam in Circes nomine latere vidisset; scilicet ac *siderum orbem solisque per coeli duodecim signa ordinarium meatum*. Ab annuo en

solis cursu magnique anni circuitu lapsus reditusque animarum et vicissitudines reliquas suspensa fuisse facta, ex decretis veterum supra monuimus. Quocirca, quo recte teneas quid sibi velit illud Porphyrii: — τὴν ἐν κύκλῳ περίοδον καὶ περιφορὰν παλιγγενεσίας, necesse est utique memineris Orphici illius decreti, de *orbe* sive *circulo quo animae inclusae detinentur*, undeque eae se vindicari ardentissime desiderant. Quae desideria loquuntur illae preces Orphicae [30] ad Bacchum liberatorem (Liberum) Proserpinamque (Liberam) fusae:

Κύκλου τ' ἂν λῆξαι καὶ ἀναπνεῦσαι κακότητος.

30) Apud Proclum in Tim. p. 330. 17. cf. Olympiodor. in Plat. Phaedonem, qui Orphicum et Pythagoricum decretum dicit hoc: animas in corpus descendere indeque rursus ascendere, idque per orbem saepius (καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις.) vid. Orphica Fragg. p. 499. 510. ed. Herm. Caeterum illud hemistichium ἀναπν. κακότ. est Homericum, cf. Iliad. XI. 382. Ad horum decretorum sententiam illud tenendum est ex Scholiis in Hesiodum (Theogon. p. 275 Heins.): Πλατωνικῶν δὲ παῖδες θρυλλοῦσιν ἄνω καὶ κάτω, ὡς διά τινα ἁμαρτίαν εἰς τὸ σῶμα καταχέχριται ἐμπεσεῖν ἡ ψυχή.

Satis de *Porphyrio*. *Plotinus*, si quaeris, licet minus docte quidem ille fortassis, sed tamen optime idem Circes notionem accepit. Neque tam longo intervallo abest a Socraticae explicationis (apud Xenophontem loco supra citato) simplicitate. Nemini enim obscuram potest esse, cum *Circem* dixisse *vitae terrenae invitamenta adeoque incitamenta*, quae, ubi semel illexere, sensuum quasi quodam fascino nosmet deliniunt atque detinent. Eique rationi se applicuisse putandus *Proclus* est, cum *terrenum locum Circes* esse *diversorium* dicat (Κίρκης ὄντος καταγωγίου τοῦ περὶ γῆν τόπου. Vid. infra περὶ ἐνώσ. καὶ κάλλ. cap. 6. p. 173 Cod. Leid. et quae ibi adnotavimus.)

Neque aliam in partem *Calypsus* fabulam [31] accepit *Plotinus*. De qua quidem etsi multo minus disceptatum videatur a Graecorum grammaticis philosophisque; neque tamen ipsa non in diversas partes tracta est. E quibus sententiis unam itemque alteram delibabo, quae quidem ad philosophorum

31) De hâc vid. Homeri Odyss. I. 50 seqq. V. seqq. VII. 240 seqq. quos versus in brevem rationem contraxit Nicephorus Greg. cap. XI 64, ut alios taceam.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

placita videatur quodammodo pertinere. Atque ille quisquis est apud Eustathium [32] physice interpretatur ita: Καλυψὼ μὲν ἐπὶ τῶν ἐκπιπτόντων τῇ γῇ καὶ τοῖς φυτοῖς καὶ τοῖς νάμασι φυσικῶν δυνάμεων τίθεται, δι' ἧς αἱ τῶν καρπῶν προθέσεις ἐν καιρῷ γίνονται, κατὰ τὸ νέον φαινόμεναι, ἤτοι κατὰ τὸ ἔαρ. ὅθεν καὶ ἡ νύμφη συντεθεῖται· οἱονεὶ νεόμφη καὶ αἰολικῶς νύμφη. At vero vetus Hesiodi interpres (Theog. 659. p. 268 Heins.) aliunde caussam nominis repetit: Καλυψὼ δὲ, διὰ τὴν κάλυψιν, καὶ τὴν περιβολήν [33]. εἰώ-

32) Ad Odyss. I. vs. 1. p. 11 Basil. Qui recens de fabulis tradiderunt, cum de Circe tamen notiora (ex Xenophonte et aliis quibusdam) proferrent, de Calypsone ne γρῦ quidem ut plurimum. Quod silentium haud scio an iis Dammius imposuerit, qui in Lexico Homerico, ceteroqui bonae frugis plenissimo, (in Καλυψ.) ad aniculas senesque rusticos ablegari vult eos, qui in Calypsone significationum ambages sectentur: Circen *unicam* (vid. in Κιρκ.) commode per allegoriam posse explicari. Haec ille. Nos vero, qui sciamus quid Platonicis debeatur, nec haec vox nec cujusquam dictatoris edictum a nostro unquam consilio avertet.

33) Quod ibidem repetitur in Scholiis p. 269 supr. Καλυψὼ, ἡ περιβολή. Et vero tenenda est vis vocabuli καλύπτω propria: ambiendo, quasi *va-*

θεσαν γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἐν τοῖς ὑγροῖς καὶ ψυχροτέροις τόποις διάγοντες περικαλύπτειν

se cavo, obtego, unde κάλπη, καλύβη et similia, unde item *obscurandi* significatus ei verbo adjunctus. Cf. Lennep. Etymolog. L. Gr. p. 289. Ibiq. laudatus *Toupius* Curr. novias. in Suid. p. 216. Caeterum, quoniam hujus *nominis* mentionem fecimus, videamus insuper de uno loco itemque altero. Ac nuper admodum me adverterunt haec in *Hortis Adonidis* p. 268 (ed. Venet. 1496.): οἱ δὲ Ἴωνες αὐτὴν (Accusativum nominum femin. in ω, cujus forma Dorica et Aeolica proxime explicata erat.) εἰς οὖν ἐκοίουν Σαπφοῦν καὶ Λητοῦν ὡς δηλοῦσιν αἱ χρήσεις. φησὶ γὰρ ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορίᾳ οὕτως· τὴν Ἰναχοῦν. ἀπὸ τῆς εὐθείας τῆς Ἰναχὼ γεγονέναι. καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς εὐθείας τῆς Βουτὼ. ὁμοίως καὶ παρ' Ἱππόνακτι (leg. Ἱππώνακτι) πῶς παρὰ Κυψοῦν ἦλθε. Herodianus grammaticus in eâdem doctrinâ paullo ante (p. 267) ad partes vocatur, sed quae h. l. id nomen sequuntur, ita ad *Herodotum* pertinent, ut vix opus sit hujus nomen supplere. Est locus I. 1, frequentatus Grammaticorum mentionibus (ut Gregor. Corinth. p. 427 Schaefer. Quae eadem fere sunt in Grammat. Cod. Schellersh.), et nuper admodum a viris doctis iterato tractatus Est autem in Cod. Herodot. *Schellershem.* plaita scriptus ut in Med. et Remig.: κατὰ τωὐ καὶ Ἕλληνες λέγουσιν Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου. de Herodoto referet *Schweighaeuserus* V. C. illum codicem ipsius possessor, vir illu-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ἑαυτοὺς καὶ φυλάττειν διαφόρως περιβολαίοις. Quae nos non moramur: illud multo

conferendum eâdem munificentiâ concessit, quâ et hunc mihi aliosque aliorum scriptorum. Grammatici autem illius verba sic suppleveris: — Ἡρωδιανός· Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορίᾳ οὕτως· τὴν Ἰναχοῦν· ἀπὸ δὲ τῆς εὐθείας τῆς Ἰναχὴ γεγονέναι. Reliqua item lacunosa ita supplet *Wesserus* noster, quem Herodoti non minus quam Grammaticorum studiosissimum ad haec ego attendere jusseram: καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς εὐθείας τῆς Βουτὼ ἐν τῇ δευτέρᾳ, ἐς Βουτοῦν πόλιν (scil. φησὶν Ἡρόδοτος, ex praecedentibus. Tu vide lib. II. cap. 59. 63. 67.) Idem Hipponactea illa dupliciter expediri posse arbitratur, vel sic:

. . . . . — ∪ — | — — — ∪

. . . . . πῶς παρὰ Κυψοῦν ἦλθε,

ut fragmentum hoc dimidiam fere partem efficiat sive trochaïci sive jambici versus Hipponactei; vel sic, ut liberemur isto suspecto nomine Κυψοῦν:

. . . . . — ∪ ∪∪ | — — — ∪

. . . . . πῶς παρὰ *Καλυψοῦν* ἦλθε,

ut syllaba *longa*, quae in *priori* parte hujus jambici versus detruncati est posterior, ponatur in *binas brèves* soluta esse; cujus quidem licentiae non prorsus dissimile exemplum ex ipso Hipponacte laudat Hermannus in *Metricâ* ver-

magis congruit priori isti interpretationi, apud Eustathium obviae l. l., quod illic, pau-

nac p. 74. Utut statuas: illud nemo nescit saepius corruptum esse hoc nominis, nec minus verbum καλύπτειν, quod v. c. non semel abiit in κάμπτειν et vicissim, docente Bastio Epist. crit. p. 46. et Comment. Palaeogr. p. 724. Ex hoc quidem verbo ductum monstri nomen κάμπη monstruosas corruptelas peperit. E quo genere una etiamnum obsidet locum *Ciceronis*, quem hâc datâ occasione emendabo. Ita enim ille *de Finib.* II. 17: „Idemque erit Epicuro vestrò faciendum, si suum finem bonorum sequi volet, quod Scipioni, magnâ glorià propositâ, si Hannibalem in Africam retraxisset. Itaque quantum adiit periculum? ad honestatem enim ille omnem conatum suum referebat, non ad voluptatem. Sic vester Sapiens magno aliquo emolumento commotus, *animi* (vulg. lect. sed codd. *cum*) *caussâ*, si opus fuerit, dimicabit. Lege *immani cum Campâ*. H. e. cum portentosis ipsius *Africae* belluis dimicabit Epicureus Sapiens, tanquam alter Bacchus, qui *voluptar* deus nihilo tamen minus illud *Libyae* monst *Campen* perdomuit. Historia apud Diod Siculum III. 71. Nomen monstri Κάμ· κάμπτω, unde item καμψός. Ab *hoc* si formam *Campsa* (fortasse ex poëtâ; ut a cianum est illud Ennii *campsare*, X. duxerat: procliviorem fecit lapsum lil in multo notioribus vocabulis graecis h labentium. Illud *si opus fuerit*, pos

UNIVERSITY OF MICHIGAN

cis interjectis, legitur, videlicet hoc: Τελεθὼ δὲ κροκόπεπλος λέγοιτ' ἂν ἀπὸ τοῦ τοὺς τελευτῶντας πηγαίοις ὕδασι καταλούεσθαι, καὶ μέλανα ὥσπερ πέπλα ἀμφιέννυσθαι. οἶμαι δὲ καὶ Καλυψώ, διὰ τὸ μετὰ τοῦτο καλύπτεσθαι τούτους καὶ τῷ χοὶ παραδίδοσθαι. Dixi haec non abhorrere a primâ illâ ratione. Nam qui Cerealium religionum indolem perspexerit, is norit oportet, unius ejusdemque naturae esse has duas vires, adeoque pro unâ et ipsas debere haberi: cum eam vim, quae semina, terrae solo per hiemem occaecata, vere novo in lucem reducat, et virescere faciat, tum illam alteram, quae, hominum corporibus in terram cadentibus, humique conditis, animam nihilo secius conservet, et novis deinde corporibus induat.

tem — emolumento, joci caussâ additum, ut saepius apud Terentium et alios (docente Mureto Epistoll. I. p. 456 seq. Ruhnken.). *Bacchicarum* autem rerum in notandis *Epicureis* similitudinem aucupatur Cicero etiam alibi, ut in fragmento Academicorum (ap. Augustinum contra Academ. III. 7.): „Contra ille (Epicurus), convocatâ de hortulis in auxilium quasi liberâ turbâ temulentorum, quaerentium tamen, quem *incomtis unguibus bacchantes asperoque ore discerpant* — instat acriter." — Sed satis de his.

Verum omittamus nunc quae alii, fortasse plurima, de hâc fabulâ excogitarint, veniamusque ad ea, quae *Platonicae doctrinae* manifesta documenta habent. Quam in rem classicus locus apud eundem Eustathium est. Eum integrum adscribamus. Ita enim ille (ad Odyss. I. vs. 51. p. 18 supr. Basil.): Ὅτι τὴν Καλυψὼ, εἰ μὲν βασίλισσα καὶ ἣν οἱ γεωγραφοῦντες [34] παραδιδόασι, μικρὰ περιεργάζονται οἱ παλαιοί. μεταπλάττουσι δὲ αὐτὴν τῇ ἀλληγορίᾳ εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς σῶμα, ὡς συγκαλύπτουσαν ἐντὸς δίκην ἐλύτρου τὸν ψυχικὸν μάργαρον· ἥτις καὶ αὐτὴ κατεῖχε τὸν φιλόσοφον Ὀδυσσέα, ὡς ἄνθρωπον ἐνδεδεμένον σαρκί· καὶ μυθικῶς εἰπεῖν ἐν ἀμφιρύτῃ νήσῳ [35] ὄντα

34) vid. Strabonem VII. p. 457 (p. 298), ubi Callimachus notatur, quod Calypsus insulam Gaulum (Γαῦλον) dixerit. Cf. *Apollodori* Fragmm. p. 421 ed. Heynii alter. Caeterum Eustathii locum hunc Nicephori Gregorae loco lacunoso adhibuit *Columbus*, vid. p. 147 seq.

35) Odyss. I. 50 seq. Atque de *Ogygiâ* (Ὠγυγίᾳ) insulâ ibidem ab Eustathio haud pauca proferuntur; quae afferre longum est, nec necesse post ea, quae de hoc vocabulorum genere disputavit in Lennepii Etymol. L. Gr. p. 865 seq. Tib. Hemsterhusius. Adde nunc emendata Tzetzarum

UNIVERSITY OF MICHIGAN

δενδρήεσσι, ἥτις ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης, τουτέστιν ἐν ὑγρῷ σώματι ὄντα, καὶ ὡς ἂν ὁ Πλάτων εἴπῃ, [36] ἐπιῤῥύτῳ καὶ ἀποῤῥύτῳ: ἔτι δὲ ὑλαίῳ καὶ ἀμφιλαφεῖ τοῖς πάθεσι, ταῖς τε ἄλλοις, καὶ τοῖς περὶ γαστέρα καὶ ὄμφαλον. καὶ αὕτω μὲν Ὀδυσσεὺς

Scholia ad Lycophron. 231. p. 496. ibiq. Muellerum et Pherecyd. Fragg. p. 51. ibiq. Sturz. ubi de ὠγήνῳ, et qui nuper admodum de his vocibus optime monuit, Buttmannum in libello vernaculo de diluvio p. 46 seq. Undecunque enim manarint haec vocabula, illud nemo ambiget, in eis omnibus inesse, praeter antiquitatis notionem, haud raro vim naturae humidae caligmosaeque adeoque perniciei, vario significatu; quo item *Gyges* referendus *Gygaeusque* lacus in priscis Lydorum fabulis (Homer. Iliad. II. 864 seqq. ibiq. interprett.) Quocirca equidem necdum pronuntiaverim de loco Eustath. l. ubi quod scriptum est: — ὠγύγια μέντοι ἁπλῶς οἷον καινά, Columbus (ad Nicephorum Greg. p. 143) reponendum censet: θηβαϊκά. Sed supra monui, de his alias a me disputatum iri. Nunc in clausulâ hoc teneamus, jam Hemsterhusio l. l. animadversum, antiquissimorum *philosophorum* hanc item vocem esse, et Empedoclem (vid. Empedocl. Sturzii, vs. 280. et p. 620.) ὠγύγιον πῶρ usurpasse.

36) In Timaeo p. 43 A. Steph. (p. 329 Bip.). τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνίδρυον εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον. Ad quem locum vid. Proclum p. 337 seq.

δυσαπαλλάκτως εἶχε τῆς εἰρημένης Καλυψοῦς, οἷα ὡς εἰκὸς φιλόζωος. Ἑρμοῦ μέντοι, ὡς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα αἰνίξεται ὁ ποιητὴς, μεσιτεύοντος, ὅ ἐστι λόγου [37], γέγονε τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν ποθουμένης παραδόθος, ἤγουν τοῦ νοητοῦ κόσμου· ὅς ἐστι κατὰ τοὺς Πλατωνικοὺς ψυχῶν πατρὶς ἀληθής. Ὁμοίως γέγονε καὶ τῆς Πηνελόπης, φιλοσοφίας, λυθεὶς καὶ ἀπαλλαγεὶς τῆς τοιαύτης Καλυψοῦς. λέληται γὰρ τρόπον τινὰ τοῦ σώματος ὁ φιλόσοφος [38],

37) vid. infra *Proclum* περὶ ἑνώσ. κ. κάλλ. cap. 6. prop. fin. ἑρμαϊκοὶ — εἰς λόγους — μεταβαίνοντες, ibiq. Annot.

38) *Plutarchus* de vitand. aer. alien. p. 831 D. hunc ipsum Ulixis a Calypsone discessum alio transtulit nec invenuste. Tangit enim locos Homericos Odyss. V. vs. 264. 321. de vestibus fragrantibus, quibus ipsum proficiscentem circumdedit Calypso, et deinde addit: ἀλλ' ἐπεὶ περιτραπεὶς καὶ βυθισθεὶς μόλις ἀνέσχε, τῆς ἐσθῆτος γενομένης διαβρόχου καὶ βαρείας, ἐκείνην μὲν ἔῤῥιψεν ἀποδυσάμενος, κρηδέμνῳ δέ τινι γυμνὸν ὑποζώσας τὸ στέρνον, νῆχε παρὲξ ἐς γαῖαν. Quam ipsam tamen rem, probabile fit, aliam in partem fuisse acceptam cum a priscis, Orphicis, aliis (vid. Mythолog. m. III. pag. 455. 634 seq.) tum a *Platonicis*. Quod intelligitur ex eodem *Procli Commentar. in Alcib.* I, unde infra alia

UNIVERSITY OF MICHIGAN

καὶ ἀσχέτως τούτῳ συνέχεται. καὶ ἔστιν οἰκεῖον εἰπεῖν τὴν τοιαύτην Καλυψὼ πρὸς τὸν ἀπόδυμον (leg. cum ed. Rom. ἀπόδημον) αὐτῆς τῇ διανοίᾳ φιλόσοφον, ὅτι ὁ νοῦς σοῦ παρὼν ἀποδημεῖ: „Veteres non moleste operoseque inquirunt, an Calypso sit regina; quam geographi quoque tradiderunt. *Sed allegoriae in corpus humanum transfigurant, utpote quae haud secus atque involucrum quoddam animae margaritam tegat;* quae et ipsa philosophum Ulixem detinuit, *hominem nempe adhuc corpore implicitum;* et, ut secundum fabulam loquamur, commorantem in insulâ circumfluâ et silvosâ, quae umbilicus est maris, *hoc est, in corpore humido*, sive, ut *Platonis* utar verbis, cui semper aliquid influit et defluit (in influente et effluente corpore *Ficin.* ex *Ciceron.*), ac praeterea materiali, et affectibus cupiditatibusque exube-

excerpta dedimus. Ita enim ille (in excerptis Ficini p. 239): „*Nam animae descendenti adnatae sunt ex mundo multiformes vittae, vestesque variae trahentes quidem ipsam in compositionem caducam, obstantes autem contemplationi separatorum.*“ Vides, haec si sequaris, Ulixem, abjectâ veste odoriferâ, enatantem e fluctibus, animam esse corporis blanditmenta spernentem, et res fluxas omnes ejicientem.

ranti, cum aliis, tum iis, quae circa ventrem sunt et umbilicum. Ab hujus igitur, quam dicimus, Calypsus congressu difficulter avelli potuit Ulixes, vitae videlicet amans. Mercurii tamen, ut infra significaturus est poëta, hoc est rationis interventu, *recepit eum patria secundum philosophiam desiderata, id est, mundus intelligibilis, quae secundum Platonicos animarum vera est patria.* Similiter eum, post repudiatam ejusmodi Calypsonem, jam liberum Penelope sua (hoc est) philosophia tenuit. Nam solutus est quodammodo a corpore philosophus; et, licet in eo sit, coërceri tamen ejus vinculis nequit. Potestque Calypso haec discedenti ab ipsâ philosopho apposite dicere: Mens tua praesens peregrinatur.[89] Haec ille. Qui si vel maxime disertam Platonicorum mentionem philosophorum omisisset: tamen nemo quisquam, qui quidem haec *Plotini*, (loco laudato p. 56 G. 57 A.): φεύγωμεν δὲ φίλην ἐς πατρίδα, — πατρὶς δὲ ἡμῖν ὅθεν παρήλθομεν λ. [39] — igitur nemo qui haec legerit, cum illa spectarent, ignorare poterat.

89) Cf. libr. *de intellectu* p. 555 D. ubi genere hominum: de voluptariis, de

UNIVERSITY OF MICHIGAN

propter nihil est quod hic quidem praeterea adjiciamus. De aliis infra videbimus in Annotatione Plotiniana.

III.

Rationis Plotinianae universae (Systematis Plotiniani) extremis lineis ducta adumbratio et

Constitutio loci de Pulcritudine, ex decretis philosophorum Platonicorum.

---

§. 12.

Haud paucos fore arbitror, qui hunc Plotini librum περὶ τοῦ καλοῦ annumerent mere aestheticis (quos quidem satis inepte nostrates dicunt, rectius dicturi libros de doctrinâ ipsius Pulcri); cum potius ad *moralia* pertineat. Quocirca faciendum est nobis, ut commonstremus, ubi locorum, in Academiae spatiis, primum exstiterit *haec*

de sublime tendentibus. Homo sublime spectans desiderioque pulcritudinis ductus redit ad superna, ὥσπερ ἐκ πολλῆς τινος πλάνης εἰς πατρίδα εὔνομον ἀφικόμενος ἄνθρωπος.

Pulcritudinis disciplina, et quo numero eadem a Platonicis deinceps maximeque a Plotino fuerit habita. Quod quidem longum est explere, et cum pulvisculo exhaurire. Nam quo unius alicujus loci gradus aperiatur dignitasque, quam is obtinuerit in universâ aliquâ ratione cujusvis philosophi: necesse est utique eam ipsam rationem universam e suis fontibus repeti, et per singulos deinde meatus suos et quasi anfractus perlustrari et exigi. Atque hoc nos, si Deus annuerit, Plotino praestabimus in Prolegomenis ad ejus opera. Nunc quidem, in hoc specimine editionis et quasi praelibatione, praecipiendi nobis hujus *constitutio loci* est. Qui tamen ipse ne solitarius haereat et sejunctus ab universo decretorum Plotini complexu: at nunc universa lustremus paulisper, dum singula aliquando vacabit ejus rationis libula perreptare, et nosmet totos dare eam penitus investigandam. Qui, priusquam ad hunc librum legendum se det, uberius Plotini ratione universâ cupiat edoceri, adeat *Tennemanni* Historiae philosoph. Textum.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

§. 13.

Adumbratio rationis Plotini universae.

Est Plotinus ex eo genere philosophorum, qui tria rerum principia ponunt. Quod ipse disertis verbis profitetur in libri *adversus Gnosticos* exordio p. 199. A — C. De reliquis, qui idem sentirent, exposuit Ruhnkenius in Dissertatione de vitâ et scriptis *Longini* §. 5. (p. 314 seqq. opuscull.). Jam *primum illud* summumque, unde omnia suspensa facit Plotinus, non uno eodemque ubivis nomine appellat, sed multiplici, vario respectu. Nunc enim idem ei dicitur τὸ πρῶτον, nunc τὸ ἕν, nunc τὸ ὄν, nunc vero τὸ ἀγαθόν, ne plura congeram in re satis vulgatâ. Atque de singulis appellationibus disputare molestum sit, nec hoc quidem loco necesse. Illud adjiciam, quod ad moralia spectat, cujusmodi libro nunc cum maxime praefamur; videlicet illud τὸ ἓν haud raro accommodatur ad actionem et vitam, opponiturque τῷ πλήθει, veluti cum de fugiendâ multitudine praecipitur ex ratione Platonis. Quâ de re infra pluribus agemus ad Proclum περὶ ἑνώσεως καὶ κάλλους. Altera appellatio τὸ ἀγαθόν, licet latissime

pateat, tamen et ipsa refertur ad moralem doctrinam, quatenus quicunque sunt fuerunt ve aut futuri sunt universi summum bonum expetunt, hujusque student participes fieri. Vim appellationis omnium optime docebit ipse Plotinus cum in libro nostro p. 55 F. ed. Basil. (p. 46 seqq. Heidelb. nostr.), tum praecipue in sequente, de *primo Bono*, p. 61 seq. Jam longum est referre quae plurima noster philosophus praedicat de summo principio, *Bono*. Hoc teneamus, in eo inesse causam rerum omnium, neque tamen ipsum proprie dici posse aut *efficere*, aut *cogitare*; quid? *se esse* quidem (vid. locum laud. et cf. p. 552 B). Quod postremum ne inepte aut etiam sinistre interpreteris, cautum est locis aliis, velut ubi summum Bonum explicatur tamquam ipsum sibi sufficiens, nihil prorsus appetens, ex se ipso producens rerum omnium principia reliqua. Inde quidquid est, quatenus in eo est, bonum est, pulcrum est, quoniam illud (Bonum) est supercrum (ὑπέρκαλον) et super optima cae (ἐπέκεινα τῶν ἀρίστων). Neque in eo quam malum est; utpote quod (malum licet) in iis rebus est, quae *vere* n Est enim *malum* hoc ipso malum, q

UNIVERSITY OF MICHIGAN

essentiâ caret (p. 72 seq.) nihilque aliud est malum primigenium, quam ipsa materia (ὕλη p. 77 seq.).

Alterum principium primique principii simulacrum est *mens* (ὁ νοῦς p. 488 A. infr.). Quod quomodo ab ipso Bono manarit, et quasi progenitum sit, uberius explicatur ibidem (p. 493 seqq.). Nec aliam ob caussam νοῦς et quidquid ad eum pertinet Platonico nomine dicitur ἀγαθοειδής, quasi dicas: *boniformis* (Plotin. p. 352 E. coll. Platon. Republ. VI. p. 120 Bip.). Mens autem sive intellectus est idem atque *mundus intelligibilis*. In eo mundo insunt omnium rerum, quotquot sunt, *ideae*, sive omnibus numeris absolutae perennesque rerum species. Quae species et ipsae sunt singulae intelligentiae, quarum universitate continetur intelligentia suprema (p. 361 seq.). Quidquid porro in eo mundo intelligibili habitat, nullius rei est indigens, sed sibi ipsum sufficiens manet in se, et quiescit tanquam beatissimum. Est igitur ille mundus verus et primus mundus (p. 255 B — E. coll. p. 485 A — F.). Igiturque omnia immortalia, intellectum omnem, deum omnem, omnem animam eaque omnia perennia mundus intelligibilis com-

plectitur (ibid. A.). Atque idem mundus exemplum est *mundi sensibilis*. Quidquid enim in hoc est stellarum, terrarum, plantarum, animalium, cum terrestrium, tum aquatilium, marinum, fluminum, illud omne ad intelligibilium verum exemplum est expressum. Et quemadmodum hic sensilis mundus est animal (ζῶον), animalia omnia complectens, sic intelligibilis et ipse animal sit necesse est (p. 704 infr. seq. supr. coll. p. 562 A. B.).

Sequitur *tertium principium*, *anima* (ψυχή). Nam sicuti *mens* generatur a summo *Bono*, ita *anima* rursus *e mente* nascitur. Item, sicut mens imperfectior ipso Bono est, sic anima mente est deterior. Atque cum anima sit mentis ratio (λόγος) et actus (ἐνέργεια) tertio illa loco abest a summo Bono; utq hoc nullius entis [40] indiget, eo quod i sit superius, mens autem indiget Boni: anima rursus indiget mentis, estque

40) Si quis forte haec fastidiat, is recordetu *retum* ipsum illum, in disputationibus philosophis, egregie patrocinari ejusm bulis, quae vetus Latium non agnoscat *possibile* et *impossibile*, similibusque. ejus Scholia in Senecam p. 63 ed. Rub

UNIVERSITY OF MICHIGAN

anima mentis quaedam imago obscurior (p. 484 A — C supr. coll. p. 487 F. G.). Est porro *vita* [illegible] anima non minus quam intellectus; sed tamen debilior intellectu. Videt quoque anima pariter atque mens, sed lucidius haec, obscurius illa. Quidquid enim videt, videt in mente, neque vero in se ipsâ, quemadmodum in seipso videt singula intellectus. Quidquid porro procreat, non pura intemerataque essentia est, sed mixta et obscurata quodammodo (p. 488. seq. 494. 536 C. 615 C — D. adde quae ad illam sententiam: *mens videt*, *νοῦς ὁρᾷ*, laudavi in *Studiis* I. p. 100.).

Jam quemadmodum illâ primâ summâque intelligentiâ continentur et quasi comprehenduntur ceterae intelligentiae omnes, tamquam suo genere formae singulae: *ita prima summaque anima continet ceteras animas universas.* Dicitur autem illa prima anima *mundi anima* (*ἡ ψυχὴ τοῦ παντός* sive *ἡ ψ. τῶν ὅλων*). Ab ejus vero animae praestantiâ, licet genere eaedem, nihilo tamen secius virtute deficiunt animae reliquae omnes (p. 471 A — C infr. p. 615 B. C.). Necesse autem erat animam nasci, quo existeret mundus externus; siquidem in mente solus in-

ternus mundus continetur (p. 477 seq. 495 seq. coll. p. 494.). Sunt vero plures animarum, cum universae, tum humanae animae, vites; atque illa prior, cum ad mentem convertitur, repletur ejus ideis sive formis, quas ipsa in mundo exprimit: contra cum ad aliqua motum progreditur, suum efficit simulacrum, scilicet sensum in animalibus inque plantis naturam (p. 494 C.)

Jam, ut haec, quae paullo uberius explicuimus, paucorum verborum ambitu comprehensa ad locum de *Pulcritudine* convertamus: hoc sibi volebat universa Plotini ratio:

1) ut *Unum* esset Summumque, undequ
omnia manarent; quod, licet ipsu
proprie non posset *essentiae* cogitatio
nomineque satis apte declarari: omnir
tamen essentiarum atque adeo ips
etiam *esse* fons esset et universa orig
2) ut quidquid ibi *Unum* esset, illu
mente et per mentem jam redderetu
pleo. Etenim *intellectus*, ad illud
conversus, idque intuens, gigni
et definite cogitandi habet primo
3) Ad intellectum porro converse
mundi eumque intuens, rerur

UNIVERSITY OF MICHIGAN

quot in hoc mundo sensili sunt, diversitatem et multitudinem procreat. Quarum quidem universitas, demtâ mente, nunquam pro unitate possit haberi (sive tanquam unum cogitari); neque mens unum sibi informare possit sine Uno et Bono, id est sine ipsius mentis rerumque omnium auctore, genitore adeoque *summo Deo*.

Atque, sicut ex hujus sensilis mundi pulcritudine cognoscimus pulcritudinem intellectus, tanquam genitoris omnium rerum, quae in mundo sunt: ita per intellectum ascendimus ad summum Bonum Pulcritudinis universae fontem (p. 352 F. G.). Hinc duplex Venus, duplex Amor. Hic quidem circa multitudinem trepidat circaque ea, quae in corporibus placent. Coelesti contra amore immortalique flagrat anima, quae secundum naturam (κατὰ φύσιν, vid. Proclum infr. περὶ ἑνώσ. κ. κάλλ. cap. 1. ibiq. annot.) amat; id est, quae tanquam virgo pulcrum affectans cum Deo se conjungi desiderat (Plotin. p. 768 C. D.).

§ 14.

Constitutio loci de ipso Pulcro.

Jam, ut de hoc loco penitius quaeramus: pertinet is, ex Platonicorum quidem ratione philosophorum, ad *Moralia*. Quocirca qui Plotinianorum librorum ordinem descripsit *Porphyrius*, hunc librum περὶ τοῦ καλοῦ retulit in eam Enneadem, quae τὰ ἠθικώτερα continet, sive ἠθικωτέρας ὑποθέσεις, ut ipse docet in Plotini vitâ, cap. 24. Quod unum avertere nos debet a cogitatione libelli aesthetici (ut iterum utar vulgato nomine), quales hodieque de Pulcritudine scriptitantur.

Etenim Plotinus in libro *de Dialectica*, quo ipso hujus doctrinae de Pulcro vis aperitur, proficiscitur a notione τῆς ἀγωγῆς (*reductionis*), et continuo subjicit quaestionem de modis, sive viis, quibus reduci ad summum Bonum (τὸ ἀγαθόν) homo natus sit (p. 19 seq.). Nimirum anima humana dicitur coelitus delapsa in hoc terrenum taleque corpus, variis de caussis, qu partim supra attigimus, partim Noste cat, in libro περὶ καθόδου ψυχῆς εἰς σώματα (*de descensu animae in corpo*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

descensui opponitur ascensus animae, sive *regressus*. De hoc exposuerat *Porphyrius* περὶ ἀνόδου ψυχῆς, copiosissimo opere, nunc quidem perdito, sed quod *Augustinus* lectitavit, et in examen vocavit libro decimo de *Civit. Dei* capp. 9. 10. 24. 26. 28. cf. egregiam Disputationem *Lucae Holstenii de vitâ et scriptis Porphyrii*, cap. 8. p. 46 ed. Londin. Qui ibidem ita: „Cum animam, ad inferiora vergentem, eo fine corpori immergi credederent, ut a *terreno affectu purgata* ad Deum auctorem et originem suam reverteretur, *varias statuerunt purgationum species*, quarum beneficio mortalitatis vinculo exsoluta, pura ac libera, ad pristinam εὐζωΐαν rediret." Haec Holstenius.

Scilicet alii plurimum tribuebant arti theurgicae (τῇ τελεστικῇ), eamque rem explicuerat *Proclus Lycius* duobus libris περὶ ἀγωγῆς (Suidas in Πρόκλ. Cf. etiam *J. A. Fabricium* ad *Marini* vitam Procli, cap. 28.). Contra *Porphyrius* in illo ipso opere de regressu animae docuerat, inferiorem tantum animae partem posse illâ arte purgari aliquatenus (vid. Jamblich. de Mysteriis Aegypt. Sect. V. cap. 6. p. 121. ibiq. Galeum. p. 264. De animae partibus ex Platonicorum doctri-

nâ infra paucis dicemus in Annot. ad Plotin.) superiorem non posse. Commendaverat potius, pariter atque alii, *virtutes philosophas*, tanquam solas effectrices omnibus numeris absolutae purgationis (Porphyrii Sententiae nr. 34.). Inde per horum philosophorum scripta frequentatur mentio virtutum καθαρτικῶν. Videlicet animam virtutis studio, id est, philosophiâ purgari inprimis et Plato docuerat, et vero etiam Aristoteles, quorum locos primarios nuper citavit Wyttenbachius ad Platonis Phaedonem p. 172. Huc item spectaverat illud a plurimis celebratum placitum, a Porphyrio maxime, ὅτι οἱ πολλοὶ οὐ φιλόσοφοι; nempe paucis esse concessum ad Deum pervenire per virtutem intelligentiae, plerosque naturae subjectos vivere. Quam in rem plura proferam ad *Proclum* περὶ ἑπόμ. κ. κάλλ.: hoc loco sufficiat laudasse unam disputationem Porphyrii de Regressu Animae apud Augustinum de Civ. Dei lib. X. cap. 24. p. 264 ed. Paris.

Jam, ut *Plotinianae de Pulcro ipso* doctrinae rationem pressius persequamur, ea ex primariis veteris philosophiae fontibus ducta. Nam primum quod apud Platonem in *Convivio* (cap. 23. p. 74 Wolfii) Diotima

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Amorem (Ἔρωτα) magnum docet genium esse, qui quae in rerum naturâ disjuncta sint, conjungat copuletque, atque homines inter deosque internuntius illorum animas, pulcritudinis sensu excitatas, cum his conciliet, et in deorum quasi domicilio collocet: haec ipsa principis philosophorum decreta et quasi oracula Plotinus explicuit libro singulari *de amore* (περὶ ἔρωτος) suaeque universae rationi accommodavit. Porro in Phaedro (vid. cap. 28. p. 248. p. 25 Ast), nec minus in libris de Republicâ (vid. inprimis lib. VII. p. 533 E. seqq. p. 165 seqq. Bip.) idem ille divinitus tradiderat de variis ingeniis hominum, respectu habito summi Boni, quod omnes consectari debeant.

In quâ disquisitione a Platone varia commemorantur hominum genera, cum alia alibi enumerata, tum haec in *Phaedro*, l. l.: hominis *philosophi* (φιλοσόφου), *pulcrum amantis* (φιλοκάλου), *amatorii* (ἐρωτικοῦ) et *musici* (μουσικοῦ). Infinitum foret omnes omnium philosophorum sententias locutionesque indicare, quae ex his locis ductae deinceps sunt; veluti, ubi *Plutarchus* illud φιλόκαλος καὶ φιλόσοφος junctim profert in libro *Quomodo quis suos in virtut. profect.*

sunt. cap. 16. pag. 309 A. Wyttenb. Ego praemittam *Platonicorum* reliquorum paucos locos, et continuo accedam ad ipsum philosophum nostrum. Scilicet ex illis Platonis locis profecerunt hi: Jamblich. in epist. ad Sopatrum in Stob. Florileg. cap. 79. p. 471; Proclus in Platonis Theolog. p. 404. itemque in Platon. Polit. p. 365 seq. Plotinus vero suam indidem doctrinam *triplicis* viae accedendi ad Deum penitus propemodum suspensam fecit. Eo enim auctore ternae redeundi ad coelestia viae patent hae: per *musicen* (μουσικήν); per *amatoriam* (ἐρωτικήν); per *dialecticam* (διαλεκτικήν), sive *metaphysicam*; ut primariam philosophiae partem. (Plotinus περὶ διαλέκτ. p. 19 — 21 Basil.). Ita enim quaerit (p. 19 A.):

„Quaenam ars vel ratio vel studium nos, quo eundem est, reducit, scilicet ad summum Bonum, ad primum principium? Respondetur ex decreto Platonis: qui pervenire velit, eum esse philosophum musicumve aut amatorem oportere; singulorumque processionem esse duplicem, alteram proficiscentibus ad supera, alteram eodem jam profectis. Atque illud prius sic explicatur trifariam (ibid. pag. 20), ut mon-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

stretur quomodo singuli ad summum Bonum reduci queant. Jam primum, quando *musicus* excitatur concentu sonorum: videndum est, ne adhaerescat, et stupens quasi retineatur sensibilium sonorum illecebris, velut Sirenum vocibus, verum ut sequatur quod numerosum inest in cantibus; utque separando materiam (χωρίζοντα τὴν ὕλην) paullatim eruditur ad intelligibilem harmoniam percipiendam, atque ita, adjunctis philosophiae rationibus, pulcrum ipsum, quod in mundi concentu inest, assequatur.

Amatorius, uti memor est verae pulcritudinis, ita sejunctus ab eâ non valet perdiscere, sed percussus ab istâ pulcritudine, quae sensus ferit, varie agitatur. Propterea assuefaciendus est ad sentiendum unum illud Pulcrum, quod in singulis corporibus pulcris inest; indeque quasi per gradus et manu adducendus est ad pulcra instituta, leges, artes quodque in virtutibus pulcrum inest, atque hinc ad intelligibile pulcrum et tandem ad ens ipsum (41 ibid. p. 20. D — F. cf. Platon. Conviv. cap. 27 seqq. p. 86 seqq. Wolf.).

41) Eisdem fere argumentis utitur Plotinus adversus *Gnosticos* (Enn. II. 9. p. 216 D — F.). Qui

Sequitur tertia via, quae est *philosophi*. Huc pertinent, quae Platonicae rationis sectatores *de gradibus* tradunt, quibus anima paullatim pura divinaque redditur. Scilicet

cum docerent despiciendum esse mundum et mundana omnia atque adeo deos, qui in mundo regnent; probatum it Noster, pervertere ipsos ordinem universi, et adimere sibi ipsos *media*, quibus ad *superiora* possint pervenire. Nam caecus sit, qui non videat quam pulcra aptaque sint in hâc naturâ rerum plurima, stellarum speciem, distributionem et ordinem et quae praeterea in corporibus vel sonis pulcra sub sensus cadant. Atqui hominem musicum pulcrique amantem hâc ipsâ corporeatum rerum specie excitari ad contemplandam intelligibilem pulcritudinem. Contra, qui pariter pulcra atque turpia ea spectata dicat, atque adeo quod intercedit haec inter illaque discriminis plane tollat, eundem tollere necessario differentiam inter pulcros mores turpesque, neque anteponere doctrinas honestaque studia caeteris, neque pluris facere ipsum Deum; siquidem quidquid in corporibus pulcrum sit, pulcrum esse appareat propter animam intellectualem et pulcritudinis auctorem Deum; neque fieri posse, ut quod extrinsecus sit revera pulcrum, intrinsecus sit deforme (ibid. p. 216 C — G). Etiam *Proclus* (comment. mscr. in Alcib. prior.) de animarum generibus disputans commonstrat, quomodo eae, quae *amatoriam vitam* elegerunt, cum ipsae moveantur *pulcritudine*, tum ad eandem sentiendam alios convocent excitentque.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ii ita distinguunt, ut inchoari illam perfectionem dicant καθάρσει, tanquam primo instituto. Ei succedere, tradunt, λύσιν, sive ἀπαλλαγήν, et cumulum denique addi per τελείωσιν (Jamblich. de myster. Aegypt. V, 6. ibiq. Galeus p. 264.). Jam *philosophum*, ut Plato, ita Plotinus dicit, naturâ alatum esse, neque indigentem separatione, quippe jam per se volentem exsolvi (οὐ δεόμενον χωρίσασθαι, — βουλόμενον καὶ αὐτὸν τῇ φύσει καὶ πάλαι λελυμένον, Plotin. de *dialect.* pag. 20 F.) [42]. Quamobrem hic quidem duntaxat demonstrante indiget, adhibendaque sunt ei *mathematica*, quibus incorporea cogitare et credere assuescat [43].

42) Cf. locum geminum p. 13 seq. G. Basil. ubi distinguit virtutem imperfectam eorum, qui etiamnum purgentur, et perfectam virtutem penitus expurgatorum hominum.

43) Πρὸς συνεθισμὸν καταναήσεως καὶ πίστεως ἀσωμάτου. Fons universae hujus disciplinae, quae per musicam, geometriam dialecticamque juvenes ad suprema ducit, est in *Platonis Republica*, lib. VII. p. 522 seqq. Steph. p. 142 seqq. Bip. *Plotini* locos laudatos, ejus philosophi diserte factâ mentione, respicit *Joh. Philoponus* in *Aristotelis* lib. I. de Animâ, fol. A. 2. p. 2. quem locum infra Plotino adhibebimus. Etiam

Eam disciplinam excipit *dialectica*, quae disputat de *Bono* et *non Bono*, de *Sempiterno* et *non Sempiterno*; quae item de omnibus tractat, non opinione sed scientiâ, vacans ab errore circa sensibilia, unice intenta intelligibili, circaque ipsum operans (Plotin. de dialect. p. 21 A — C.). Atque haec ipsa dialectica omnisque philosophia cum alia praestat effecta, tum vero naturales etiam virtutes, per se imperfectas et caecutientes, perfectas perspicacesque reddit, et *morum disciplinam* suis ipsa principiis moderatur (ibid. p. 22 A — D.).

Jam illam *secundam* viam ad summum Bonum patefacit Plotinus hoc ipso libro de *Pulcritudine*. Est igitur, uti diximus, totus quantus *moralis argumenti*; id est, hoc agit eo libro philosophus, ut monstret, quomodo per *Pulcri* contemplationem homo paullatim re-

Proclus de Providentiâ et Fato cap. 12. (in Fabric. Bibl. Gr. IX. p. 379 Harl.) plane ad Plotini sententiam arithmeticâ geometriâque dicit animam a sensibus avocari, purgari intellectum et ad ea traduci, quae incorporea sunt, solâque intellectus vi informantur.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ducatur ad illius (Pulcri) auctorem Deum, sive ad *summum Bonum* [44].

Quo vero penitius intelligatur, quem locum teneat hic liber in Plotini operibus moralibus: breviter exponam de reliquis, qui primae Enneadi, hoc est, corpori Moralium, accensentur. Primus liber ita inscribitur: *Quid animal, quid homo?* Alter: *de virtutibus;* tertius: *de Dialectica*, de quo saepius diximus; quartus: *de vitâ beatâ;* quintus: *utrum beatitudo in temporis productione consistat.* Sextus est hic ipse *de Pulcritudine.* Septimus est *de primo Bono et reliquis Bonis.* Octavus exponit *unde mala;* nonus ultimusque *de rationali exitu ex hâc vitâ.* (Porphyrius de vitâ Plotini cap. 24.)

44) Plotin. p. 80 D. Basil. „Proinde virtus non est ipsum pulcrum (οὐκ αὐτὸ τὸ καλόν, sic legi jubent codd. Ficini et mei plures pro αὐτὴ τ. κ.), neque ipsum bonum (οὐδ' αὐταγαθὸν, pro eo cod. Darmst. habet οὐδ' αὐτοαγαθόν). Utrumque enim ante ipsam virtutem est. Quae quidem participatione quâdam (μεταλήψει) pulcrum bonumque evadit." Caeterum quod primarium libri Plotiniani argumentum esse morale posui, idem ego haudquaquam propterea nego, inesse in eodem scripto multa, quae insigniter faciant ad artium pulcrarum naturam penitius intelligendam.

Quorum librorum universitatem qui paullo accuratius attenderit, is facile intelliget, includi hac ipsa orbem quendam, quo continuantur eae scientiae, quae ad moralem disciplinam maxime necessariae sunt. Nam ut hoc delibem, nisi cognoscas, quid homo sit, quot et qualibus praeditus facultatibus, quid pro summo Bono habendum, quae reliqua Bona, quid et unde malum, adeoque quid fugiendum sit quidque expetendum: igitur haec nisi cognoveris, nunquam poteris recte utiliterque praecipere nec de virtutibus nec de vitiis, neque quibus viis vitanda sint ea, quae vitae beatae speciem prae se ferunt, et vicissim, quibus viis consectanda vera beatitudo ipsa sit.

Jam, quod supra vidimus expositum, *musici* hominis indoles itemque ejus, qui *Pulcrum ipsum amat*, spectat maxime sublimia, et ad regressum contendit, modo utraque recte erudiatur instituaturque. Atqui huic ipsi institutioni dicatus est hicce liber *de Pulcritudine*, isque nec minus pertinens ad ἐρωτικόν, sive *Pulcri amatorem*, quam ad μουσικόν, *concentus amantem*, et quidem propterea, quoniam hic nonnumquam in illum convertitur (vid. *Nostrum* de Dialect.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

p. 30 D), i. e. quoniam qui Pulcrum, quod inest in concentu vocum sonorumque, amat, facillime ipsius pulcritudinis amator evadit.

Versatur hic idem liber magnam partem in admonitionibus praeceptionibusque ad fugam earum rerum, quae sensus feriunt, inprimis quae vel sonorum dulcedine eos titillant, vel iisdem blandiuntur venustate mollitieque formarum. Est igitur hactenus more *purgatorius* (καθάρσιος) hicce liber, panditque *aditum ad Philosophiam*, ut quae et ipsa quodammodo pertineat ad κάθαρσιν, sed nec minus tamen λύσιν perficiat atque adeo τελείωσιν [45]. Continetur enim vera philosophia *meditatione mortis*, non ut vinculum illud, quo natura corpus animamque colligavit, violenter abrumpendum suadeat

45) *Ciceronem* in *Hortensio* (quo libro et ipse *ad philosophiae studium cives suos erat adhortatus*, vid. de Finib. I. 2.) item descensum animae coelitus in corpora ejusque ascensum reditumque in coelum tractasse, porro fugam corporis voluptatumque, philosophiae studio perpetrandam, suasisse: unumquemque docere possunt ejus operis reliquiae, inprimis eae, quas Augustinus servavit. Vide Fragmenta Ciceronis operum philosoph. Tom. XIII. p. 308 — 317 Bip. et inde adhibe *Plotiniano huic libro* illa:

quae fuit aliorum praeceptio philosophorum), sed ut nos adsuefaciat ad abducendum animum a sensibus, et ad vitam secundum mentem convertat.

His expositis spero nemini obscurum fore; nec quo loco ac numero sit habendus hic liber *de Pulcritudine*, neque cur a me potissimum speciminis prodendi caussâ e caeteris fuerit delectus. Et ut *purgatorium* (καθαρτικόν) diximus eum librum; sic idem eorum genere potest quodammodo censeri qui Προτρεπτικοὶ (*exhortatorii*) dicuntur.

Restat ut videamus de altero Ploti libro, qui et ipse in Pulcri doctrinâ versatur atque inscribitur: *de intelligibili pulcritud* (περὶ τοῦ νοητοῦ κάλλους). Q

de turpi damno voluptatis, cujus mot
quisque est maximus, ita est inimicissimu
losophiae cet. *de voluptatum invitament*
corpore, tanquam appendice animi; de
initiorum, cujus interpretes aliquid v
deantur, cum nos dixerint ob alie
suscepta in vitâ superiore, poenarum
caussâ natos esse; *de migratione e*
in aliam meliorem; *de insatiabili*
signorum coeli, tandemque *de ne*
losophiae studiorum ad felicitat

UNIVERSITY OF MICHIGAN

quidem paucis confici poterit. Eum librum a Porphyrio (de vit. Plotin. cap. 25.) ad eam Enneadem relatum videas, quae versatur circa *mentem* (*νοῦν*). Videlicet summum illud Bonum Unumque, sive Deus, de quo extremus extremae Enneadis liber est, is, per se proprie spectatus, fugit ipsum quoque intellectum; intraque manens, velut in recondito semper domicilio, cognosci nequit, nisi per gradus. Volnit autem patefieri suam essentiam per tria bona, in ejus quasi domicilii limine locata. Sunt eae ternae monades intelligibiles (*νοηταί*): *veritas* (*ἡ ἀλήθεια*), *pulcritudo* (*ἡ καλλονή*) et *congruentia* (*ἡ συμμετρία*). Vid. Platonis Philebum, unde haec doctrina potissimum ducta est, p. 64 seq. p. 317 Bip. et cf. quae infra in Annotatione ponemus ad Plotin. p. 55 D. E. Basil. De his monadibus singularem librum ediderat *Proclus Lycius*, ut ipse memoriae prodidit in commentariis in Platonis Rempubl. p. 433. Hodieque desideratur illud operis. Quae tamen ejus philosophi de pulcritudine sententia fuerit, cum aliunde potest intelligi, tum ex ejus libris in Platonis Theologiam (I. cap. 24. p. 59 seqq. et III. 8. p. 150 seqq.); et vero maxime ex ejusdem *Commentario mscr. in Platonis Alci-*

vid. Anm

hiusdem prioris. Atque ex eo Commentario confecimus illum libellum, quem Plotiniano additum inscripsimus περὶ ἑνώσεως καὶ πάλλους (vid. infra in ejus partis prooemio pag. 75 seq.). Nam *Plotini* quidem hâc de re doctrina satis cognoscitur ex illo ejus libro, quem in hoc volumine edidimus, περὶ τοῦ καλοῦ, et ex Annotatione eidem subjectâ. Quo vero alterius ejus sectae philosophi hâc de re sententia cognosceretur: consultum duxi *Procli* has disputationes addere. Quod consilium arbitror nec eâ commendatione destitutum iri, quam apud eruditos Lectores Anecdotorum editio ut plurimum habere solet.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

IV.

Exponitur de hujus Speciminis ratione itemque futurae editionis Plotini operum omnium. Additur notatio codicum mss. reliquorumque subsidiorum, quibus et in hoc volumine usi sumus et posthac utemur.

---

§. 15.

De ratione hujus Speciminis et de consilio editionis operum Plotini omnium.

Codicum Plotini hodieque superesse satis magnum numerum, nemo paullo eruditior ignorat, et loquuntur Bibliothecarum catalogi, quorum summam exhibuit *J. A. Fabricius* in Bibl. Graec. et qui eam recens edidit *Th. G. Harlesius* (Volum. V. p. 698.). Quocirca ego, posteaquam animum adjecissem ad id consilii, *ut Plotinum ederem*, de hujusmodi copiis comparandis mature cogitare coepi. Neque operae peperci nec impensis, quominus exsequerer, quod et Plotino prodesse existimarem reliquisque ejus sectae philosophis, et vero literis quoque graecis universis. Atque mirifica exstiterunt studia

ninum eruditissimorum et humanissimo-
m, qui in eo me consilio certatim adjuva-
nt. Itaque factum est, ut in hoc etiam
pecimine *operum Plotini omnium* non habe-
eri, quod inopiam conquererer. Et spes
ostensa est plura etiam paratum iri ad eam
ipsam editionem. Cujus in gratiam nunc cum
maxime haec vota facio, ut offeratur mihi
codex aliquis ejusmodi vel vetustatis, vel po-
tius probitatis, qua fretus aliquando possim
sordes abstergere, quas egregii philosoph
monumenta aetatis longinquitate ignorantiq
que hominum haud paucas contraxeru
Nam, ut nec mediocriter emendationem
juvare possunt ii libri, quos adhuc co
limus; tamen, si veri esse volumus, non
ubique usum praestant, quem flagitare
tur Plotiniani textus, qualis nunc quide
conditio. Sunt enim mala hinc inde
veterata, ut medicinam facere non pos
dum fomenta ex codicum quidem
adhibere. Neque enim nunc loqu
medelis, quas aliunde conquirere
xime e lectione usuque scriptoru
rum tum ejusdem potissimum g
ces, vereor, ne ad unam omn
sint, quam ut sufficiant eveller

UNIVERSITY OF MICHIGAN

altiores radices egerint. Nolim de libris scriptis universis pronuntiare, quos universos necdum vidi, et malim posthac mendax quam verax reperiri: sed tamen, quod adhuc usu compertum habeo, in locis corruptissimis, lacunosis, conclamatis permultis nullus adhuc inventus codex est, qui rem praesenti auxilio restitueret. Contra, in nullis fere non, optimis quoque libris, praeter menda varii generis aperta, molestae farraginis plurimum, et, ut uno verbo dicam, σπαδὸς καὶ ἀνθρακες! Quapropter noli mirari, saepiuscule stomachatum etiam esse, ubi, in hâc multitudine variantium lectionum, ad istam bonae sanaeque frugis paucitatem me redactum vidi. Atque idem ego salutis aliquanto plus polliceor Plotino meo ab assiduâ lectione et perpetuo usu Platonis, Aristotelis, Plutarchi, Galeni, Porphyrii, Jamblichi, Procli, multorum aliorum, quam a membranis chartisque, quae in bibliothecarum pluteis latitant. Verum, quod supra sum precatus, faxit Fortuna, ut mentiar! Neque haec eo pertinent, ut ullum ullius codicis subsidium detrectandum putem. Potius quidvis devorabo taedii, quam ut merito meo nimium fastidiosus dici velim. Et vero nunc

quidem sint fortasse, qui, ubi eam in hoc libro inclusam farraginem lectionum viderint, fastidiosiorem me fuisse pervelint. Quibus quod respondeam habeo. Quod cum facio, pauca adjungam de consilio, quod in hujus Plotiniani libri, pro Specimine exhibiti, textu refingendo sequendum existimavi, itemque quod secuturus sum in adornanda editione majore.

Constat inter omnes necdum ullam extare Plotini editionem, quae ejus textum vel probabiliter purgatum exhibeat. Quae una prodiit graeca (Basil. an. 1580. 1615 [46] quamquam ex quatuor codicibus [47] descripti tamen magis bibliopolae utili consilio, qua

46) Basileae apud Pernam (1580). Quam dei *novo titulo* ornatam prodiisse ibid. 1615, ad inscriptione: *impensis Ludovici Regis*, pr *J. A. Fabricius* (B. Gr. Tom. V. p. 698 ed. les.); minus accurate. Ego enim utrâque cum illa sit in bibliothecâ Heidelbergen domicâ, haec in meis libris. Sunt aut *fŏlia* recusa in hâc posteriore. Sed de v discrimine pluribus dicam ad Plotini O

47) Neque vero ex uno, ut perperam *Fabric. ibid.* recte hoc nomine not *loisono* in Anecdott. graecc. II. p. 22 nino plura sunt retractanda in Bibl bricianae loco de Plotino Platonici

UNIVERSITY OF MICHIGAN

criticae eruditi alicujus hominis diligentiae debetur. Fuit enim tunc quidem summum Graeci Plotini desiderium. Quod et alia arguunt et vero versiculi, quos *Laurentius Rhodomannus* codici *Reinesii* nunc *Cizensi* adscripsit:

„Quid de Plotino dicam? non exiit usquam
„Graecus, et hic nusqnam sic mihi visus adest.“ [48]

Et, ut illuc revertar, quis nescit negligentissime excusam esse Basileensem editionem, ac, si vel maxime a criticâ diligentiâ discedas, inquinatissimam eandem esse foedissimis mendis, cum in oratione graecâ tum in latinâ interpretatione. Quid quaeris? nulla pagina est, quin uno minimum insigni aliquo operarum sit vitio deformis, ut leviora

48) Fecit hos versiculos Rhodomannus anno 1593. Unde intelligitur eum tum editionem Basil. 1580 nondum vidisse. Volebat autem Plotinum studio suo emendatum in usum juventutis edere. Vid. *Chr. Godofr. Muelleri* Schol. Episcop. Cizens. Rectoris Viri doctissimi Prolusionem *de Codice mscr. Plotini Cizensi*, Lipsiae 1798. pag. 6 seq. Idem de Basileensis editionis negligentiâ recte conqueritur, additis exemplis, cum aliis, tum ex librorum inscriptionibus ibid. pag. 9 seq.

praetermittam. Quae ego et in hoc libro plurima abstersi tacitus, et in posterum quoque faciam.

Omnino vero, in hac Plotiniani textus indole, nunc quidem illud faciendum existimavi, non ut continuo eidem inferrem ubique quidquid lectionis, re deliberatâ, vel verius vel certe elegantius judicassem, sed ut et vulgatam lectionem et reliquam omnem ex vario librorum apparatu eruditorum oculis collectam congregatamque subjicerem; judicium autem ipse meum interponerem in subjectâ ad calcem annotatione. Quod consilium vel maxime ab eorum instituto abhorreat, qui hodieque scriptores veteres edunt, juvenes in primis, qui cum sibi ipsi in exturband vulgatâ placent, alios quoque editores pe volunt calidiores esse. Illorum ego anim mihi fortasse conciliabo additâ hâc ipsâ sp sione: aliquanto plura a me mutatum i textu operum omnium. Sed tamen, ut ita posthac probari equidem malo v nis. Atque hi quidem, spero, lau potius, me in hoc Specimine non egisse, *ut praestarem Plotinianam c qualis ea, meo judicio, esse deber*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ut, qualis esset in libris cum scriptis, tum in impresso; qualem vero esse vellem, in annotatione adscriberem. Huc item pertinebat illud, ut, quoad ejus fieri posset, accuratissime diligentissimeque in margine exhiberem universam silvam variarum lectionum, ne iis quidem spretis, quae plurima librariorum inscitiae debentur. Qua in re etiam hoc sum secutus, ut lectores a vulgato satis errore retraherem, quo ducti opinantur pleraque vitia, quae Basileensem textum tractantibus molesta accidunt, licet satis aperta, ea igitur solarum operarum esse, cum haud pauca tamen a librariis codicum profecta sint. *Utut est, hoc neminem fugere vellem, consulto me fecisse, ut aliam rationem inirem in hoc Specimine, quam in plenâ editione tenendam arbitrarer.* Etiam aliunde multis partibus discrepabit a praelusione editio. Nam, ut alia taceam, a subsidiorum copiis multo erit illa instructior, sed parcior eadem in notandâ varietate lectionis leviori; nec minus contractior in Annotatione verborum sententiarumque; (quam qui ad eum modum, quem hic servavimus, singulis quinquaginta et quatuor libris adhibere velit, ei magno volumine notarum opus sit; volumus autem integrum

Plotinum cum universo apparatu exhiberi duobus tomis quaternis) sed tamen eadem augebitur Lexico et Plotiniano et Platonicorum reliquorum. In ejus item editionis Prolegomenis vacabit cum inquirere in rationem recensionum, quibus *Porphyrius*, *Eustochius* alii castigarunt textum Plotinianum [49], tum

49) Vid. Porphyr. in vit. Plotini cap. 2 et 7. *Eustochianae* recensionis nota legitur in Plotini libris omnibus, etiam in iis quos ego vidi: Ennead. IV. 4. p. 423 Basil. (In Biblioth. Graec. Fabric. V. p. 696 falso indicatur hic locus pag. 413, fortasse operarum vitio.) Commentario illustraverat Plotinum *Proclus*, ut proditur in exordio *Jamblichi de Myster.* notatione in codd. mss. obvia; etiam in eo, quem ego Leidae inspexi. Lectitatum vero postea quoque Plotinum esse ad medii aevi exitum usque, cum alia argumenta, tum v. c. ille Ἀντιθετικός, ex quo supra locum excerpsi, tum vero etiam frequentatae mentiones ejus philosophi, et operum particulae per codicum volumina dispersae, quarum una ipse nuper reperi in Codice Darmstadino eodem unde *Provli* fragmentum infra adjectum dedi; altera, ex Codice Vaticano nr. 2144, cum communicavit *Hieronymus Amatius* V. Quae qui reputaverit legeritque illa *Eunapii* vit. Plotini p. 15. ed. Steph.: Πλωτίνου μὲν βαρεῖ νῦν, καὶ τὰ βιβλία οὐ μέτ[illegible]

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ejusdem ad renatas literas usque quandam quasi historiam contexere, dirimere Codicum scriptorum familias, et praecipuorum librorum describere indolem, usumque monstrare, qui indidem ad constituendum textum redundare videatur.

Nunc Codicum, quibus in hoc volumine sum usus, adjicienda brevis notatio est; quam uberiorem habebunt Prolegomena ad editionem operum. Atque ibidem, pro eo atque par est, ipseque cupio, officia exponam quibus pluribus me obstrinxerunt, et in dies

πους λόγους, ἀλλὰ καὶ τὸ πολὺ πλῆθος — εἰς αὐτὰ πάμπτεται τὸν βίον αὐτοῦ, igitur ea qui legerit et rursus offenderit illa in *Eudociae* Violeto p. 363: — ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ οὐχ οὕτω ῥαδίως εὑρίσεται (τὰ τοῦ Πλωτίνου βιβλία): is continuo intelliget, non deesse futuro editori ampliasimam materiam disputationum de solis Plotini librorum monumentis. Accedunt alia; quo in numero sunt opiniones, judicia, somnia etiam recentiorum; v. c. illa nuper admodum injecta suspicio Weiskii (ad Longinum p. 217. 624.) *non credibile videri*, auctorem libri περὶ ὕψους probasse et admasse Plotini τύπον τῆς γραφῆς, καὶ τῶν ἐννοιῶν — τὴν πυκνότητα (Longini Fragmm. VI. 3.). Sed de hujusmodi opinationum levitate, multo vero magis de gravitate judiciorum aliorum disputabi-

magis obstringunt homines eruditi iidemque amicissimi. Hoc loco, ut multa alia, sic haec quoque gratiarum actio adumbrari tantummodo potest. Itaque in iis, qui insigniter me demeruerunt, memorandus est primo loco *Wyttenbachius* meus, qui, posteaquam me confirmasset in eo universo consilio, eidem multis nominibus profuit. Neque enim Plotini, Jamblichi Proclique codices exhibuit modo excerpendos aliis, sed bonam partem ipse lustravit contulitque, idque eodem tempore, quo oculis maxime infirmis utebatur;

mus in Prolegomenis ad *Enneades*. Excerpta eas esse et in compendia redactas a doctis hom nibus, intelligi ex *Porphyrii* libello potest, q inscribitur ἀφορμαὶ πρὸς τὰ νοητά. Qu cum recte εἰσαγωγῆς loco Plotinianis operi praefigi vellet *Lucas Holstenius* (de vit. scriptt. Porphyrii cap. 9. p. 52 seq. Londi faciam equidem in editione, quam meditor. terum, quod mirabuntur fortasse qui ex niosis commentis laudem quaerunt, ego P non minus quam ejus lectoribus mihiqu lor Porphyrii studium, qui vitae Pl per annos digestâ explicatione telam p conjecturarum, quales sunt de aetate a que singulorum librorum, de fide auctoritateque, et quae id genus al hominum suspicionibus locum facer

UNIVERSITY OF MICHIGAN

atque, quo cumulum adderet suo illi in me meosque conatus studio, notas etiam conscripsit cum in hunc librum de Pulcritudine, quas infra adjeci integras, verum etiam in Porphyrianam vitam Plotini, quas unâ cum *J. Francisci Boissonadii* viri clarissimi mihique amicissimi aliquot in eandem observationibus alii tempori reservabo. *Jacobus* item *Morellius*, Bibliothecae Venetorum Marcianae Praefectus, vir doctissimus idemque Historiae bibliographicae princeps, insigni prorsus nullisque meis officiis provocatâ in me benevolentiâ usus est, cum et per literas exponeret de Codicibus Plotini Marcianis, et suâ ipsę manu conscriptam mitteret trium ejusdem bibliothecae librorum lectionem e libro *περὶ ἀθανασ. ψυχ.* enotatam, et vero etiam consilio operâque suâ egregie adjuvaret Guil. Rinckium, disciplinae nostrae alumnum. In Bibliothecâ porro Vaticanâ nihil reliqui fecit, quominus meis studiis inserviret, *Hieronymus Amatius*, Literarum graecarum in Romanorum Collegio Professor meritissimus. Ei viro acceptas refero optimi Codicis Vaticani Plotinianarum Enneadum lectiones; nec minus idem, quae ipsius peritia et humanitas est, singulis epistolis ad me datis literariam

notationem adjecit e codicibus aliis, fragmentaque codicum, quae et huic libro et vero magis etiam reliquis omnibus haud vulgariter profutura sunt. E bibliothecis patriis plurimum me adjuvit cum antehac tum etiamnunc *Vindobonensis Caesarea*, *Monacensis Regia* itemque *Darmstadina* atque *Cizensis*; quorum Praefecti enixe dederunt operam ut in ejusmodi opere, quod tam copiosum apparatum desiderare videretur, me, quoad ejus fieri posset, sublevarent. Quorum quidem officia hic nominasse sufficiat, dum aliquando merito suo exponam et justas grates persolvam. Illud h. l. nequeo tacere, ei Praefectum bibliothecae, quam postremo loco nominavi *Ioannem Godofrèdum Muellerum* A. M. Rectoremque, et cum aliis rebus meritissimum de nostris literis tum nuper admodum egregio Scholiorum notarumque ad Lycophronem apparatu edito, eum igitur virum e codice Cizensi a capite ad calcem suâ ipsius operâ var. lectionem accuratissime excerpsisse, easque schedas mihi humanissime permisisse integras. *Darmstadinae* vero Praefectus *Schleiermacherus* jam aliquot abhinc annos amicissimus in me meosque exstiterat mihique mirifice erat opitulatus erogato literario ap-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

paratu omne genus. Recens vero, cum haec me agere vidisset, et Plotini ipsum codicem meae fidei commisit et insuper alterum, in quo Procli fragmentum inest et Platonis dialogorum pars, unde excerpta ad calcem subjecimus. Aliorum codicum usum, etiam ex grammatico genere, quorum in hoc libro mentio fit, gratus profiteor, me debere egregiae munificentiae L. Baronis a *Schellersheim* Viri illustris et eruditissimi. *Goettingensis* denique bibliotheca licet scriptis libris me in Plotino quidem non potuerit augere, tamen impressis auxit; eique debeo usum principis editionis Plotinianarum Enneadum (Florent. 1492); eoque nomine devinctum me profiteor liberalitati Bibliothecariorum *Reussii* et *Beneckenii* V. V. C. C. Qui reliqui de his futurisque lucubrationibus meis promeruerunt, eorum nomina adscribam *notationi Codicum*, quae continuo a me subjicietur.

§. 16.

Notatio Codicum librorumque et explicatio signorum.

Codex *Cis.* — Cod. *Cizensis*, bibliothecae Episcopalis nr. LXIII, olim *Reinesii*,

chartaceus formâ maximâ (i. e. in lio), pagg. 744. Est apographum Codicibus fortasse Venetis desc tum saecul. XVI, sed accurate e et belle, ut eorum codicum us videatur praestare posse [50].

Codex *Darmst.* — Cod. *Darmstadinus*, bliothecae Magni Ducis Hass chartac. item saeculi XVI, apo phum, formae maximae, distii scriptum multisque nominibus c mendabile [51].

— *Leid.* — Cod. *Leidensis*, Voss (i. e. ex Isaaci Vossii libris. n chartaceus formae maximae, rum figurâ, qualis fere est edit Aldinarum cum quibusdam c

50) Vid. M. *J. Chr. Muelleri* (cui ego sima plenissimaque ejus Codicis excerp Prolusion. laudat. *de Cod. Plotini* (1798. p. 5 seqq.

51) Fuit ante Coloniae Agrippinae in L. Bar. a Huebsch, ubi inspexi; pos *macheri*, Viri humanissimi, libe commissum ipse tractavi.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

diis scripturae, sed munde elegansque scriptus. [52]

52) Sunt verba *Wyttenbachii*, qui haec insuper ad descriptionem codicis addidit: „Habet I. Porphyrii vitam Plotini, II. Plotinum ab initio usque ad Ennead. II. libr. VII. περὶ τῆς δὶ ὅλων κράσεως p. 184 C. παρίχῃ (sic cod.) ἢ θάτερον καὶ τοιοῦτον, in quibus verbis desinit et pagina et Plotinus. III. Proximae paginae initium est subitum — βεστον συμβεβηκός commentarii cujusdam, ut videtur, in Aristotelem περὶ ἑρμηνείας; folia sunt tria: ultima verba, ut finis disputationis δίφρου, μὲν τὸ καθίσαι, ναὸς δὲ τὸ πλεῖν καὶ τῶν ἄλλων ἀναλόγως. IV. Commentarius in Categorias Aristotelis, cujus principium exhibuimus Philomathiae libri II in fine. Sunt sexaginta folia nec tamen integer liber, sed exitus subito et abrupto. V. Αὐτολύκου περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεως πρῶτον, quatuordecim folia cum figuris mathematicis; in fine scriptum † ὑψικλέους ἀναφορικός. — Sic desinit codex totus eâdem manu scriptus.“ — Atque ex eo libro Porphyrii vitam Plotini Plotinumque ipsum, cum ed. Basil. integrum contulit *Georgius Henricus Moserus*, tunc Leidae agens, nunc Ulmae, in urbe patriâ, Professorio munere egregiâ cum laude fungens. Idem, quae summa est ejus in me animi prepensio, Ciceronis quoque, Jamblichi aliosque Codices Leidenses meam in gratiam cum edd. contulit. Ipsius autem cives inque Seminario nostro philologico nuper condiscipuli Rennerus, Sapperus, Schmollerus, itemque J. Christ. Heldius

Codex *MonacA.* s. *MonA.* — Codex
censis, bibliothecae Regiae,
chartaceus, sed, Hardtio tes
de mutilus.

— *MonacB.* s. *MonB.* — Cod. *Mo*
nr. 86, item chartaceus, ch
minusculo et elegante, saec.
XVI, optime conservatus.

— *MonacC.* s. *MonC.* — Cod. *Mo*
nr. 449, chartaceus, literis
simis et nitidissimis, sed cu
pendiis scripturae; in margi
notae viri docti, fortasse
Schegkii, medici Budensis, c
folio assuto ad *Hoeschelium*
tio exstat. [53]

Norimbergensis, eorum strenuus commil
tim Plotinianis partim Herodoteis aliisq
cibus cum textu collatis haud vulgar
mihi operam comprobarunt. Leidensis v
quod supra monui, duos locos item mih
sit Wyttenbachius ille meus, Porphy
Plotini hujusque disputationem de ip
notasque in utrumque conscripsit, qu
utimur, quasque hujus in libri Annotatio
ximus hâc notâ *D. W.* quo insigr
quod a primario viro est profectum.

53) Ad calcem cap. 30. Enn. IV. haec
Ἡ βίβλος ἥδε ἐγράφη διὰ τῆς ἐμῆς χ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Codex *ParisA.* — Cod. *Parisiensis* nr. 1976.

μητρίου Τριβόλου Πελοποννησίου ἐκ Σπάρτης, διατρίβοντος ἐν πόλει Κρήτης Γορτύνῃ, μετὰ τὴν τῆς ἐμῆς πατρίδος ἅλωσιν ἐν ἔτει ζϑογ. Fuit is codex in bibliothecâ Budensi, posteaque delatus est in *Augustanam;* cujus praefecti cum aliquot abhinc annis mihi permisissent utendum, ipse tractavi in manibus (cf. *Studiorum* nostrorum Vol. I. p. 58 seq.) Est autem optimus liber ceterisque Monacensibus praestantior. Quo magis et *Praefecti bibliothecae Monacensis Regiae* me devinxerunt recenti liberalitate, et vero egregiâ operâ suâ *Ludovicus Doederleinius* Philos. D., Jenensis, nunc Monacensis, vir adolescens optimae indolis, quam nuper admodum eruditis probavit editis Commentationibus Sophocleis (quarum altera inserta est *Actis philologorum Monacensium* a *Thierschio* V. C. institutis, altera hoc ipso anno prodiit Erlangae). Ille igitur et ex hoc codice et e reliquis Monacensibus haud paucos libros editionis meae in gratiam, accuratissime excerpsit. Cum eo operam suam consociavit *Fr. Jos. Goellerus*, et ipse literis naviter operatus; qui et Plotinianos et aliorum scriptorum Codices Monacenses, uti adhuc excussit meâ caussâ, sic item, eodem semper in me studio ductus, nunc quoque excutere pergit. Nullius vero manus in excerptorum fasciculis meis tam frequens est quam *Francisci Xaverii Werferi* Monacensis. Qui juvenis, *Jacobsii* et *Thierschii* discipulus, quo magis accuratâ graecae linguae scientiâ et codicum tractandorum singulari usu

Codex *Paris B.* — Cod. *Parisiensis*

pollet, hoc magis me describendo, et corrigendis etiam a prelo mad lihri plagulis adjuvit. Cujus quae norunt familiares; quae doctrina, sic, constat jam inter eruditos ex tionibus Herodoteis, quas Acta pl cenes. exhibent, et nuper admodu etiam Hermannus ad calcem Vigeri serm. dilaudavit; arguunt item ali conjecturae, quas in hoc libro no tionibus interposuimus.

64) Hic idem est, quem *Sanctocruoi* Plotini editori perutilem, vehemei davit. (Vid. *de Sainteroix* in Me pédique par *Millin*. Troisième ann 1797. pag. 330.) neque tamen ex usquequaque respondit. Quod qu *dius V. C.* monuisset per literas inspectis lectionibus expertus sum. autem *Sanctocruaius* Plotini aliorum milius philosophorum editionem in ejus epistolam, quae sic inscribit Mr. *du Theil*, l'un des conservat bliothéque nationale, sur une no de tous les ouvrages des Philosoph par Sainte-Croix. Paris 1797. 8. lium praevertit mors viri optimi docti. Utriusque autem illius *Co* collationem, procurante *Boissonadi* instituit *Gregorius Georgiades* (Γρ γιάδης. — Quidni enim graecis lite

Codex *Vat.* — Cod. *Vaticanus*; nr. 239. bibliothecae Vaticanae veteris, charta-ceus, foliorum 408. [55]

nomen Graeci viri eruditissimi elegantissimique, qui, ut gentis suae scriptoribus multis, sic et Plotino, licet Aegyptio homini, tamen graece loquenti faustissimus exstitit doctissimâ suâ operâ manuque.)

55) „In margine sunt emendationes ab alterius vetustioris codicis comparatione profectae, Ita ut *hic codex plurium instar* sit, et simul veteres corruptelas ac grammaticorum, criticorum ipsorumque notariorum lectiones qualescunque fidelissime repraesentet. Non est antiquissimus; sed certe a pluribus antiquissimis provenit. Deficit aliquantulum in Enneade tertiâ.“ Haec *Hieronymus Amatius*, vir singularis experientiae doctrinaeque, cui et hujus codicis varietatem lectionem et aliorum refero acceptam. Idem mihi adhuc pollicetur consilio meo plurimum profuturus. Est enim prolixa atque propensa ejus in me meaque studia voluntas. Quo impensiorem gratiam habeo *Gloecklio* viro amicissimo, qui cum alios doctos haud vulgariter demeruisset apparatu litterario ad germanica vetusta poëmata utili, idem felix mihi apud Amatium internuntius exstitit. Commendavit autem ille codex se mihi multiplici excerptorum usu; illiusque hoc memorabile est, quod quae lectiones in margine editionis Basileensis adscriptae sunt, eas ipse plurimas in textu exhibet, et vicissim in margine eas, quas in continuâ oratione praestat Basileensis. Unde forte conjicias, eum

Marg. Vat. — *Lectio varians in margine Codicis Vaticani* nr. 239.

Codex *Marc A.* — Cod. *Marcianus* (*Venetus bibliothecae S. Marci*) nr. 240, chartac. saeculi XV. [56]

esse unum ex tribus Italicis codicibus, quos Perna-Basileensi editioni adhibuit (vid. ejus Praefat.). Ego necdum quidquam decerno. Hoc comperi, plurimi faciendum esse librum Vaticanum.

56) Olim in libris Bessarionis Cardinalis, ut duo reliqui Marciani. Is vero, quem primum loco et ordine feci, ubique fere congruit lectioni Cod. Marciani 209 antiquioris, scilicet saeculi circiter XII. Ita me docuit *Jacobus Morellius*, ejus bibliothecae Praefectus, vir summe mihi reverendus et amicissimus. Qui quidem non solum excerpta mihi, quae supra dixi, misit, a se ipso confecta, sed *Guilielmum* etiam *Rinckium* Badensem, Seminarii nostri philol. nuper sodalem, nunc vero verbi divini Venetiis apud Lutheranorum coetui adscriptos ministrum, ita excepit ut magis benevole hominem carum excipere nem potest. Atque idem Rinckius, erectioris inger juvenis, posteaquam literis assidue operatus pr mium honorificentissime abstulisset, in certam literario Heidelbergensi nuper propositum, v dum Venetias delatus erat, cum mihi has i Marcianorum librorum lectiones transmittere operam etiam posthac suam paratam mihi deret.

Codex *MarcB.* — Codex *Marcianus Venetus*, nr. 241, chartac. ejusdem saeculi.

— *MarcC.* — Codex *Marcianus Venetus*, nr. 242, chartac. ejusdem saeculi.

— *Vind.* — Cod. *Vindobonensis*, bibliothecae *Caesareae* nr. 13. [57]

Ed. Basil. — Editio *Basileensis* apud Pernam ann. 1580 et 1615; graeca adhuc unica, de quâ supra paucis monui.

Marg. Basil. — *Varietas lectionis in margine ed. Basileensis adscripta*, et ut plurimum textui Basileensi praeferenda.

57) Vid. Lambecii Commentarios bibl. Vindob. p. 76 ed. Kollar. Eo libro cum ed. Basil. conferendo eruditam suam operam mihi probavit *B. Kopitar*, vir optimus et haud vulgari graecarum literarum scientiâ clarus doctissimorumque hominum amicitiâ florens. Ejus notitiam conciliavit mihi *Hartmannus*, vir eruditissimus, qui et cum hîc ageret et deinde peregrinator per Italiam officiosissimus in me exstitit; atque Vindobonae constitutus, intercedente Lib. Barone *a Pilat*, Viro illustri, annuentibusque bibliothecae Caesareae Praefectis, cum eas schedas mihi procuravit, tum alias.

Ficin. — *Marsilii Ficini interpretatio latina, repetita in ed. Basileensi.* [58]

Ed. princ. — *Editio Plotini princeps*, nimirum *Florentina anni* 1492, *latina.* [59]

Pag. 50. p. 4. C. ὥσπερ ἀρετῆς ἡ φύσις, i. e. *ut virtus*. Quo de usu paullo accuratius videtur esse agendum: Plato Phaedr. p. 251. b. p. 265 Heind. ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις i. e. *ala*. Sympos. p. 186. B. ἡ φύσις σωμάτων, ubi proxime ante: ἐν τοῖς σώμασι, de Legg. IV. p. 276. — χρωμάτων μίαν φύσιν. Ibid. IX. p. 269. B. — παρίξει νόμος οὐδεὶς κτείνειν τὸν πατέρα ἢ μητέρα, τοὺς εἰς φῶς τὴν ἐκείνου φύσιν ἀγαγόντας. Adde Sophoclis Oedip. Tyr. vs. 342. Epict. Enchir. sect. 27, ubi tamen Schweighaeuserus κακοῦ φύσις explicat οὐσία κακοῦ: alii κακὸν simpliciter. Tu vid. infr. laud. Thom. M. Jacob. Epistol. cathol. III. 7. πᾶσα φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, *omnes enim bestiae atque volucres*. Maximus Tyrius Dissert. XXIV. p. 458 Reisk. — τῇ τοῦ καλοῦ φύσει, pulcritudini; et sequitur continuo τὸ καλόν. Philo de opific. mundi p. 34 ed. Pfeiff. — καὶ τὴν ἀριθμοῦ φύσιν ἐγέννησεν. Ioann. Chrysostom. de Sacerdot. IV. 3. ubi λόγου φύσις recte interpretatur Bengelius: λόγος, exemplorum autem lucem addit Giacomelli p. 240. Et, si quis alius, delectatur *J. Chrysostomus* hâc ipsâ periphrasi; vid. locos, quos ex eius scriptis congessit Matthaei ad Homilias select. I. p. 5. et II. p. 90. Plotinus ipse p. 96. A. ὅδα-

τος φύσις pro aquâ; et hoc ipso libro cap. 9. sub fin. τὴν τοῦ ἀγαθοῦ — φύσιν. Neque aliter Latini. Sic Cicero, ut hoc utar, de Nat. D. II. 54. *natura alvi* pro *alvus*, recte explicante Ernestio in Cl. Cic. in voc.

Neque tamen negari potest, esse locos veterum, in quibus φύσις non commode haberi queat pro merâ periphrasi ejus nominis, cujus genitivus adjectus est. Thomas Magist. p. 904. φύσις οὐσίας διαφέρει. οὐσία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἑκάστου ὕπαρξις· φύσις δὲ ἡ ἐνοῦσά τινι δύναμις. Quo fortasse trahat aliquis locos nonnullos, veluti hunc Platonis in Philebo p. 64. e. p. 317 Bip. Νῦν δὴ καταπίφυγεν ἡμᾶς ἡ τἀγαθοῦ δύναμις εἰς τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν, nisi malueris, etiam h. l. periphrastice usurpari. Caeterum, si eundem Thomam (p. 905.) audias, φύσις solitarium nonnumquam significet *pulcritudinem* (κάλλος). Cui sententiae firmandae subjicit locum Euripideum ex Oreste vs. 126.

Ὦ φύσις ἐν ἀνθρώποις ὡς μέγ' εἶ κακόν.

addens τὸ τῆς Ἑλένης ἐμφαίνων κάλλος. Quo de loco nunc disceptare longum est. Plato nos avocat, cujus non minus singularis locus est in Convivio p. 191. A. p. 49 Wolf. ἐπειδὴ οὖν ἡ φύσις δίχα ἐτμήθη, ubi *Ficinus* vertit *natura*; Schleiermacherus *die Gestalt* (forma). Neuter accurate. Est enim mera paraphrasis; quod perspicuum ex antecedentibus ἔτεμνε (Ζεὺς) τοὺς ἀνθρώπους δίχα. Itaque illud nil aliud est, quam *nos homines*. Sic in sequentibus τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην est *humanum genus*. Est tamen, ubi necessario

UNIVERSITY OF MICHIGAN

vertendum sit *natura*, ut ibid. p. 63 Wolf. ἡ ἀρετὴ καλὰ φύσις ἔφην, et similiter pluribus locis, ubi recte interpretatus est Schleiermacherus.

Neque illud praetermittendum, φύσιν cum genitivo ita poni, *ut hic cum casu regente permutetur*; velut apud Platonem in Phaedone pag. 51 Wytt. p. 138 Heind. ubi ille φύσιν τῆς ἀσθενείας accipiendum censet vel pro *infirmitatem naturae*, vel simpliciter pro ἀσθένεια.

Denique, ut redeam ad locum, unde sum digressus: ἀρετῆς φύσις nostro loco differt toto coelo a φυσικῇ ἀρετῇ apud eundem Plotinum. De *hâc* pluribus disputat *Proclus comment. mscr. ad Platonis Alcib. I.* fol. 84 cod. Leid. — μίσης οὖν (ὁ Ἀλκιβιάδης) ἐπιδεικνυται δυνάμεως, καὶ φυσικὰς μὲν ἔχων ἀρετὰς, ἐννοίαις δὲ ἀδιαῤῥώτοις χρώμενος. καὶ γὰρ ἡ φυσικὴ ἀρετὴ τοιάδε τίς ἐστιν· reliqua supra exhibui ad Proclum p. 101: hoc loco explebo ibi omissum; scilicet verba: — κατὰ τὸν θεῖον Πλατῖνον pertinent ad *Plotinum* p. 22 D. ed. Basil. — Caeterum cuivis patet, loci nostri exitum hâc circumlocutione ἀρετῆς ἡ φύσις numerosiorem reddi; et propterea quoque tantopere aliis etiam scriptoribus illam placuisse.

Pag. 50. p. 4. C. σώματα — ὁτὲ μὲν καλὰ, ὁτὲ δὲ οὐ καλὰ φαίνεται. Retinui lect. Basil. ὁτὲ — ὁτὲ, memor praecepti veterum grammaticorum, ut Eustathii ad Iliad. XVIII. 599. Plura ex iis excerpta dabit Stephanus Thes. L. gr. II. p. 1511. c. Ad sententiam comparari debet *Dionis Chrg-*

sostomi locus in Melancomâ (Orat. XXIX.) p. 537 Reisk. τοιούτους μὲν οὖν μυρίους ἂν εὕροι τις τοὺς αὐτοὺς, ὁτὲ μὲν καλοὺς δοκοῦντας, ὁτὲ δὲ αἰσχρούς — et quae deinde his opponuntur: ἀεὶ ὁμοίως καὶ πρὸ ἥβης, καὶ ὕστερον. Sed totus locus cum nostro conferendus. Hoc tamen reapse intercedit discriminis, quod philosophus universis corporibus hanc vicissitudinem formae attribuit: orator quibusdam tantummodo. Philosophi placitum explicatius habet locus in libro *de intellectu* p. 556. B. C. quem supra attigi.

Pag. 50. p. 4. 5. D. τί οὖν ἐστιν ὃ κινεῖ τὰς ὄψεις — καὶ ἐπιστρέφει — καὶ ἕλκει, καὶ εὐφραίνεσθαι τῇ θέᾳ ποιεῖ. Plato Gorg. p. 474. p. 95 Heind. τὰ σώματα τὰ καλὰ οὐχὶ — λέγεις καλὰ εἶναι — ἢ κατὰ ἡδονήν τινα, ἐὰν ἐν τῷ θεωρεῖσθαι χαίρειν ποιῇ τοὺς θεωροῦντας; Idem Cratyl. p. 416. C. p. 111 Heind. (quem locum supra attigimus in *Praeparat.*) Οὐκοῦν τὸ καλοῦν τὰ πράγματα καὶ τὸ καλὸν ταὐτόν ἐστι τοῦτο, διάνοια; Eum locum exprimens Hermias ad Phaedrum p. 65. ipso Plotiniano verbo utitur: φίλον γὰρ τὸ καλὸν (Proverbium), κλητικὸν ὂν εἰς ἑαυτὸ καὶ ἐπιστρεπτικόν· διὸ καὶ καλὸν λέγεται παρὰ τὸ καλεῖν εἰς ἑαυτὸ τοὺς ἐρῶντας. Extrema iisdem fere verbis profert Dionysius qui fertur Areopagita de divin. nominib. IV. 7. Quas etymologias non equidem moror. Verbi Platonici elegantiam sectatus est Petronius Satyric. cap. 132. pag. 626 Burm.: „Ipsâ corporis pulchritudine *me ad se vo-*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

cante trahebat (trahebar) ad Venerem." Ultima congruunt Plotiniano καὶ ἕλκει, de quo infra ad pag. 54. E.

Pag. 50. p. 6. D. — ἐπιβάθρᾳ αὐτῷ χρώμενος, „refertur ad Platonis ἐπαναβαθμοῖς χρώμενον Sympos. p. 331. c. Themistius Orat. XIII. p. 172. D. eadem tractans dixit ἀναβασμῷ. Clemens Alex. Strom. V. p. 611. D. ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν ἀνάβασιν. Synesius Dione p. 42. A. ἀναβασμῷ χρήσῃ. Sic enim V. L. marginis et Thomas Mag. V. ἀναβασμός, vulgo ἀναβιβασμῷ. Alii in hoc argumento ἐπιβάθραν posuerunt, v. c. Origenes c. Cels. VII. p. 725. D. οἱονεὶ ἐπιβάθρᾳ χρῆσθαι αὐτοὺς πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς τῶν νοητῶν φύσεως. Similiter Jamblichus vit. Pythag. 119. Alia ad Plutarchum, vit. 273. A. *D. W.*"

Quod tres codd. habent ἐπὶ βάθρᾳ, errarunt librarii cogitantes, ut videtur, de βάθρᾳ. Et potest vitii ortum declarare hic locus Joh. Lydi de magistrat. Rom. I. 3. p. 14. ubi Rex dicitur: — ὑφῳ ἐπιλεγμένος ἐπὶ βάθραν τινὰ ὅσπερ καὶ κρηπίδα κ. τ. λ. Librariorum confusiones in vocibus ἐπιβάθρα, ἀποβάθρα, ἀναβάθρα docte notavit Dorvillius ad Chariton. p. 565 Lips. Proprium vocis ἐπιβαθρ. usum itemque tralatum notavit Suidas I. p. 808 Kust. Polybianos locos laudans. vid. Polyb. III. 24. 14. XVI. 29. 2. cf. Spanh. ad Julian. p. 192. Uno Polybii loco ap. Suid. pluralis additum habet pluralem ἀφορμάς. Singulari singularem κίνδυνον addit Artemidorus Oneirocrit. III. Procem.

p. 261 Reiff. θέσιν Joh. Lydus de mensib. p. 108: — ἡ δυὰς ὡς θέσιν τινὰ καὶ ἐπιβάθραν τῷ ἀριθμῷ ἐπιδοῦσα — Sed uberiora exspectamus ad Plutarchi l. l. a Wyttenbachio, qui idem Plotiniani loci fontem reclusit.

Pag. 50. p. 6. D. λέγεται μὲν δὴ παρὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν. „Tradunt enim *ferme* omnes" *Ficinus*. Infra p. 53. E. καὶ πάσχουσιν αἱ ψυχαὶ — πᾶσαι μὲν, ὡς εἰπεῖν, μᾶλλον μέντοι κ. τ. λ. „omnes quidem, *ut ita dicam*" *Ficin.* Utrobique recte, neque potest de hujus locutionis vi dubitari; confer, ne plura, Sturzii Lex. Xenoph. II. p. 62. Similiter πάντες vel οὐδὲν jungitur locutioni ὡς ἔπος εἰπεῖν, quam pro eâdem habet Scholiasta Platon. pag. 46 Ruhnken. Quam in rem nuper disputarunt F. A. Wolfius ad Demosthen. Leptin. pag. 361. Heindorf. ad Platon. Hipp. maj. pag. 132. Quem sequitur Buttmannus ad Platonis dialogg. quatuor pag. 239. Hujus tamen ratio haud scio, an non in singulos locos cadat, velut in hunc Platonicum Conviv. VI. 7. 8. p. 22 Wolf. καὶ μαχόμενοί γ' ἂν οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων (μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι Excerpta in Cod. Darmstad.) νικῷεν ἂν, ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους, ubi, si quid video, optime Morgensternius (in censurâ Stollberg. interpretat. Diall. Platonn. p. 24.): *ut diserte*, s. *haud dissimulanter*, s. *palam simpliciterque dicam*. In Alcibiade priori (p. 105. c. p. 117 Buttm. — εἰ μὴ ἐμπλήσεις τοῦ σοῦ ὀνόματος καὶ τῆς σῆς δυνάμεως

UNIVERSITY OF MICHIGAN

πάντας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώπους) favet Schleiermacheri interpretationi Grammaticus mscr. qui ita: ὡς ὄπος εἰπεῖν, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν ἐλίγῳ εἰπεῖν· ἤγουν συντόμως. τοῦτο γὰρ ὡς ἂν εἴποι τις εἰς παροιμίαν ἔπεσεν. Neque debet haec altera locutio uno eodemque modo ubique accipi nec verti. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ.

Pag. 50. D. p. 51. A. p. 6. ὡς συμμετρία τῶν μερῶν — κάλλος ποιεῖ. Quod Vindob. habet μελῶν, frequentissima est harum vocum confusio. Hoc loco illud unice verum esse, docebunt loci proxime proferendi in medium.

καὶ ἔστιν αὐτοῖς — ὑπάρχειν „puncto finiendum, ut Ficinus, sensus accuratius reddendus: *et horum judicio et ipsi sunt pulcri et reliquae res, si sunt concinni et ad aequalitatem mensurae exacti. D. W.*"

Videlicet editio Basileensis comma habet post ὑπάρχειν, editio princeps signum exclamandi. Nos punctum reposuimus, certe repositum voluimus. Interpretationem vel a Wyttenbachio vel a me emendatam, ut ubique, sic hoc loco uncinis inclusam insignioribusque literis descriptam interpretationi Ficin. adjecimus.

καὶ ἔστιν αὐτοῖς — τὸ καλοῖς εἶναι. Varians lectio καλὸν nata ex inscitiâ librariorum, qui non assequerentur constructionem. Bene marg. Vatic. Quâ in re non opus est multis exemplis. Aristoteles de Animâ II. 7. p. 36 Sylb. διὸ καὶ οὐχ ὁρᾶται (χρῶμα) ἄνευ φωτός· τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ χρώματι εἶναι τὸ κινητικῷ εἶναι τοῦ κατ' ἐνέργειαν

διαφυγοῦς. Similis ratio verborum Platonis in Symp. p. 19 Wolf. — ἀξιομνημονεύτων εἶναι. Quam lectionem, nuper ab Astio tentatam, tuetur Codex Vatic. nr. 229, cujus aliquot excerpta habeo.

Verum quo magis in istâ sententiâ revellendâ immoratur Plotinus, quoque eandem celebratiorem dicit (λέγεται — παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν) hoc diligentius dispiciendum est nobis: quisnam primus quique doinceps auctores fuerint ejus rationis: *pulcritudinem corporis et fortasse etiam animi symmetria* [1] *contineri*. Ac quodammodo posset ex ipso Platone ducta videri ista opinio. Etenim in Convivio p. 196. A. p. 60 Wolf. Agatho, ubi Amoris pulcritudinem dilaudat, ipsius meminit συμμέτρου ἰδέας, et continuo addit χρόας κάλλος. In Philebo autem p. 64 seqq. p. 316 seqq. Bip. in Boni ipsius definitione quaerendâ συμμετρία et κάλλος junctim nominantur itemque ἀλήθεια, ex quo loco et alii profecerunt (quibus nunc addendus est Hermias in Phaedr. p. 88 et 132.) et ipse Proclus suam doctrinam effinxit de tribus monadibus intelligibilibus (vid. supra Praeparat. §. 14 fin.). Est item e Platone repetita haec disputatio, συμμετρίαν, i. e. animi moderationem justamque distributionem esse

1) Licet enim *Vitruvius* III. 1. p. 70 Schneid. *commensum partium* pro συμμετρίᾳ dicat: tamen *Plinii* attendendum judicium est, qui ita H. N. XXXIV. 9. 6. p. 652: *Non habet Latinum nomen symmetria*, ubi cf. Harduin. add. *Junius* de picturâ vett. lib. III. cap. 2. §. 1.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

pulcritudinis effectricem, et reddi ab eâ animum pulcrum, vid. supra Proclum περὶ ἑνώσ. κ. τ. pag. 114 seqq. Neque vero necesse est, multis verbis comprobare in ipso Philebo mensuram et pulcritudinem diserte distingui ab ipso Platone (cf. Schleiermacheri Diatrib. in vernac. interpr. II. 3. p. 134). Et, licet locus Platonicus unus et alter eam speciem habeat, ut illuc trahi videatur posse: tamen universorum operum natura et indoles haudquaquam patitur Platoni istam opinionem attribui. [2]

Nec minus *Aristoteles* isti rationi favisse videri possit. Ita enim ille Metaphys. XIII. 3. p. 216 Sylb. τοῦ δὲ καλοῦ μέγιστα εἴδη, τάξις καὶ συμμετρία καὶ τὸ ὡρισμένον, e quo loco profecit *Porphyrius* ap. Proclum in Platon. Tim. p. 111. At idem Aristoteles in Ethic. Nicom. IV. 3. p. 65 rursus corpoream pulcritudinem a symmetriâ distinguit. Etenim ibi: — ὥςπερ, ait, καὶ τὸ κάλλος ἐν μεγάλῳ σώματι. οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' οὔ. Sed tamen optimus Aristotelis interpres germanusque Peripateticus *Alexander Aphrodisiensis* sententiam a Plotino impugnatam diserte tuetur. Ita enim is in Aristotelis Topic.

2) Similiter *Winckelmannus* in Histor. Artium alio loco (Tom. II. p. 164 seqq. edit. noviss. Dresd.) pulcritudinem negat sine proportione cogitari posse, alio (ibid. p. 52 seqq.) summam pulcritudinem ponit esse in Deo; hoc quidem tanquam germanus Platonicus et Plotinianus etiam, licet Plotini nullam his in rebus mentionem faciat.

p. 124, et ex eo Suidas in κάλλος II. p. 234 Kust. κάλλος συμμετρία (ἐστὶ) τῶν ἀνομοιομερῶν (sic etiam in Suidâ legendum docet Kusterus) ἐν ἡμῖν μερῶν, προσώπου, τραχήλου, χειρῶν, τῶν ἄλλων μερῶν, ἃ ὕστερά ἐστι τῶν πρώτων δυνάμεων. τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ δεικνύοιτο ἡ ἰσχὺς αἱρετωτέρα τοῦ κάλλους. πρῶτα (leg. πρότερα) γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ ἐν ἡμῖν, ἐν οἷς ἡ ἰυχὺς, τῶν ἀνομοιομερῶν, ἐν οἷς τὸ κάλλος κ. τ. λ. Quae lucem accipiunt ex alio libro Alexandri: *Quod virtus ad felic. non suffic.* pag. 252 Sylb. Quem locum cum Kusterus neglexerit, et pleniorem ille tamen pulcritudinis definitionem habeat, ego excerptum praestabo: Enumerantur tria in corpore humano: prima, in quibus valetudo bona inest (scilicet τὰ στοιχεῖα, initia, vulgo elementa); altera, in quibus robur (τὰ ὁμοιομερῆ ἐν ἡμῖν μέρη, ut ossa, nervi, caro); tertia, in quibus pulcritudo (τὰ ἀνομοιομερῆ ἐ. ἡ. μ. sive corporis partes, membra). Atque pulcritudinem explicatius sic ibidem describit: κάλλος, ὅ ἐστιν ἐν τῇ εὐσχημοσύνῃ καὶ συμμετρίᾳ τῶν τρίτων ἤδη καὶ ἀνομοιομερῶν σωμάτων, ἃ καὶ μέρη τοῦ σώματος λέγομεν προσεχῆ. Verum Plotinus ita loquitur, ut ii, quos tangit, *animi* quoque pulcritudinem ad symmetriam quandam revocasse videantur. Atque haec sententia fuit *Stoicorum*. Auctor est Diogenes Laërtius, qui in Zenone, lib. VII. 99. 100. (indeque Suidas II. p. 233 Kust.) ita: καλὸν δὲ λέγουσι (Stoici) τὸ τέλειον ἀγαθὸν, παρὰ τὸ πάντας ἀπέχειν (quod — contineat, vid. Kuhnium) τοὺς ἐπιζητουμένους ἀριθμοὺς ὑπὸ τῆς φύ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

σεως, ἢ τὸ τελείως σύμμετρον. (Haec extrema distinctius a me descripta separatim exhibet Suidas). De *numeris*, quos *virtuti* tribuebant Stoici; vid. Menagium ad h. l. Iis se applicat Basilius Magn. in Jesaj. cap. 5. p. 505 seq. Κάλλος ψυχῆς, τὸ καθ' ἀρετὴν σύμμετρον. et plenius Isidorus Pelusiota epistol. lib. III. 131. p. 309 A. Ὥσπερ τοῦ σωματικοῦ κάλλους ὅρος ἡ τῶν μελῶν συμμετρία· οὕτω καὶ τοῦ ψυχικοῦ κάλλους ἔσχατος ὅρος, ἡ τῶν ἀρετῶν συμμετρία. Jamque attende mihi illa Plotini in seqq. p. 51. p. 10. D. E. κάλλος— ψυχῆς ἀρετὴ πᾶσα, — οὔτε ὡς ἀριθμὸς σύμμετρα. Numerorum et symmetriae in pulcri notione mentionem etiam fecit Plutarchus in scitâ admodum eleganteque sententiâ, *de Auditione* p. 45 C. p. 171 Wyttenb. Ὡς ἐν ἔργῳ δὲ παντὶ, τὸ μὲν καλὸν ἐκ πολλῶν οἷον ἀριθμῶν εἰς ἓνα καιρὸν ἡκόντων, ὑπὸ συμμετρίας τινὸς καὶ ἁρμονίας ἐπιτελεῖται· τὸ δ' αἰσχρὸν ἐξ ἑνὸς τοῦ τυχόντος ἐλλείποντος, ἢ προσόντος ἀτόπως, εὐθὺς ἑτοίμην ἔχει τὴν γένεσιν κ. τ. λ.

At Stoicorum principem *Chrysippum* Plotino, cum haec scriberet, inprimis obversatum, dubitare nos non sinit locus *Galeni*, isque primarius, quem integrum adscribam. Legitur autem in libro de *Hippocratis et Platon. placit.* lib. V. cap. 3. pag. 161 seq. ed. Charter. „Chrysippus confudit animae sanitatem et pulcritudinem; in corpore quidem eadem ille subtiliter distinxit: — τὴν μὲν ὑγίειαν τῶν στοιχείων ἐν συμμετρίᾳ θέμενος, τὸ δὲ κάλλος ἐν τῇ τῶν μορίων. ἐδήλωσε γὰρ σαφῶς

τοῦτο διὰ τῆς προγεγραμμένης ὀλίγον ἔμπροσθεν ῥήσεως, ἐν ᾗ τὴν μὲν ὑγίειαν τοῦ σώματος ἐν θερμοῖς καὶ ψυχροῖς, καὶ ξηροῖς καὶ ὑγροῖς συμμετρίαν εἶναί φησιν, ἅπερ δὴ στοιχεῖα δηλονότι τὸν σωμάτων ἐστίν. τὸ δὲ κάλλος οὐκ ἐν τῇ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν μορίων συμμετρίᾳ συνίστασθαι νομίζει, δακτύλου πρὸς δάκτυλον δηλονότι, καὶ συναπάντων αὐτῶν πρός τε μετακάρπιον καὶ καρπὸν, καὶ τούτων πρὸς πῆχυν, καὶ πήχεως πρὸς βραχίονα, καὶ πάντων πρὸς πάντα, καθάπερ ἐν τῷ Πολυκλείτου κανόνι γέγραπται [3]. πόσας γὰρ ἐκδιδάξας ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ συγγράμματι τὰς συμμετρίας τοῦ σώματος ὁ Πολύκλειτος, ἔργῳ τὸν λόγον ἐβεβαίωσε, δημιουργήσας ἀνδριάντα κατὰ τὰ τοῦ λόγου προστάγματα, καὶ καλέσας δὴ καὶ αὐτὸν τὸν ἀνδριάντα, καθάπερ καὶ τὸ σύγγραμμα, κανόνα. τὸ μὲν δὴ κάλλος τοῦ σώματος ἐν τῇ τῶν μορίων συμμετρίᾳ κατὰ πάντας ἰατροὺς καὶ φιλοσόφους ἐστίν. Haec, nemo non videt, commentarii usum praestare loco nostro. Indidem efficitur illud: *habere eam sententiam, qua corporeae pulcritudinis* caussa symmetria ponitur, ipsum *Polycletum* quo-

3) De symmetria haud pauci scripserant, vid. Philostratus junior in praefat. Imagg. p. 862. ibiq. Olear. De Polycleti canone non est, quod meneam post ea quae Junius de pictur. Vett. III, 2. Winckelmannus in Hist. Art. II. p. 164 ed. noviss. Dresd. et Boettigerus in libello, qui inscribitur: *Andeutungen* p. 119 seq. e veteribus exhibuerunt.

J. Scaliger d. Subtilit. p. 351. Exerc. 300.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

dammodo inventorem, eandemque Stoicorum principi placuisse Chrysippo, ut videtur, in libris *de Pulcritudine*, et *plurimis deinceps cum mediis tum philosophis aliis*. De quibus nunc, quoad ejus fieri brevissime potest, videndum erit:

Cicero Tusculan. Disputt. IV. 13. (cf. locum geminum Offic. I. 28. 5.): „Et ut corporis est quaedam *apta figura membrorum cum colaris quádam suavitate, ea quae dicitur pulchritudo*: sic in *animo* opinionum judiciorumque aequabilitas et constantia, cum firmitate quádam et stabilitate, virtutem subsequens, aut virtutis vim ipsam continens *pulchritudo* vocatur." Quae ad Stoicam rationem accedunt proxime vid. Davis. ad eum locum ibiq. laudatum Stobaeum Eclogg. ethic. pag. 166. ἔστιν τι καὶ κάλλος τοῦ σώματος ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν πρόσφυτον αὐτῷ πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τὸ ὅλον· οὕτω καὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἐστὶ συμμετρία τοῦ λόγου καὶ τῶν μελῶν αὐτοῦ πρὸς ὅλον τε αὐτοῦ καὶ πρὸς ἄλληλα. Quorum verborum partim plane congruunt Plotinianis loco nostro. Clemens Alex. Paedagog. III. p. 291 Potter. — καὶ τὸ σωματικὸν κάλλος ἡσκήσθω, συμμετρίᾳ μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχρωίας. Philo de vit. Mosis 3. aliquanto auctius — ἐν συμμετρίᾳ μερῶν εὐχροίᾳ τε καὶ εὐσαρκίᾳ κεῖται. — Basilius Magnus comment. in Jesaj. V. p. 505 A. B. edit. Garner. τὸ δὲ αἰσθητὸν κάλλος τίνι τῶν ὀφθαλμοὺς ἐχόντων οὐκ ἔγνωστον; ὅτι ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν (Editt. et cod. Reg. μελῶν) συμμετρίᾳ· μετὰ τῆς ἐπιφαινομένης εὐχροίας αὐτομάτως τινὶ καὶ φυ-

σινῇ ὁλκῇ προσοικειοῦται τοὺς ἐντυγχάνοντας. Idem in Psalm. XLIV. p. 163 E. κάλλος δέ ἐστι, τὸ ἐν τῇ συνθέσει τῶν μελῶν εὐάρμοστον, ἐπανθοῦσαν αὐτῷ τὴν χάριν ἔχον. Fortasse legendum τὴν χρόαν ἔχον, nisi malis Plotinianum locum alium huc arcessere, quem mox dabimus. Eadem in definitionis quasi quandam formam redigit Gregorius Nyssen. Orat. de Animâ Tom. II. p. 97. Ἡ συμμετρία τῶν μελῶν μετὰ τῆς εὐχροίας τὸ κάλλος ποιεῖ τοῦ σώματος. Himerius Orat. XIV. 13. p. 613. de animâ bonae indolis et congruente corporis formâ, cum alia profert tum hoc: — πρόςωπον ἐμβριθὲς, μελῶν συμμετρίαν ἀληθῆ· ὃ δὴ κάλλος σοφῶν παῖδες ἐπονομάζουσιν. Scholiastes Theocriti ad Idyll. VIII. 72. — κάλλος γάρ ἐστι συμμετρία μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχροίας. Quae eadem fere habet Eustathius ad Iliad. III. vs. 48. p. 289 Basil. Et de turpitudine contra similiter Hermias in Platon. Phaedr. p. 88. πᾶσα ἀσυμμετρία αἴσχους ποιητική. Aurelius quoque *Augustinus* cum universe in pulcritudine explicandâ plurimum tribuit commensui partium concentuique (vid. ejus locum primarium *de Musicâ* lib. VI. 38. p. 531 C. D. Paris. et cf. eundem *de verâ Relig.* cap. 32. p. 768 F. seq. p. 775 D. E.): tum in *epistolâ ad Nebridium* 3. p. 5. itemque *de Civit. Dei* XXII. 19. p. 682 A. iisdem plane verbis, quibus Plotinus hâc in re utitur: „Quid laudant in corpore? nihil aliud video, quam pulcritudinem. *Quid est corporis pulcritudo? Congruentia partium cum quâdam coloris suavitate.*" Quorum extrema e Cicerone l. l. fluxerunt.

Sed idem Augustinus ut alibi sic hoc quoque loco Plotinum ante oculos habuisse videtur. Quod ipsum me ita movet, ut μερῶν in Plotino verius putem quam μελῶν. Est etiam magis generale, et generalia hi bisectatur Plotinus. Quocirca nec utrumque est ponendum in textu: μελῶν καὶ μερῶν, quod nec codices agnoscunt nec Ficinus.

Eadem fere ad *pulcritudinem in oratione* (κάλλος ἐν λόγῳ) traduxerunt Rhetores: Dionysius Halicarn. de Art. rhetor. Tom. V. p. 381 Reisk. p. 291 Schott. ἀλλ' εἶναι τὸν λόγον ἰσωτὸν σώματι κ. τ. λ. Nolo enim plura describere. Sententia fluxit ex Platonis Phaedro p. 264 C. p. 308 Heind. sed ei ornandae eadem fere verba adhibuit Hermogenes περὶ ἰδ. I. 12. p. 351 Laur. quae supra in pulcro corpore definiendo tantopere frequentata vidimus: ἐπειδὴ γὰρ καθόλου τὸ κάλλος ἐστὶ συμμετρία μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχροίας κ. τ. λ. ubi continuo ex Cod. Darmst. legendum est εἰ μέλλος καλὸς ἔσεσθαι pro εἰ μέλοι, quod Laurentii etiam editionem obsidet. Hermogenis autem loco junge Longinum de Sublim. sect. 40.

Jam, si quaeris, quam tandem pulcritudinis caussam superiorem ponat symmetriâ Plotinus: et sequentia hujus libri plura eam in rem habent, et vero pauciorum verborum ambitu exhibet is locus, quo docet superiorem symmetriâ esse eam gratiam, quae, tanquam ex primo fonte, e summo Bono fluxerit: p. 715. cap. 22. A. B. — ἐὰν δὲ μένῃ ἐν τῷ (ἡ ψυχὴ), καλὰ μὲν καὶ σεμνὰ θεᾶται· οὕτω μὲν, ὃ ζητεῖ, πάντη ἔχει. οἷον γὰρ· προσώπου πειθοῦς,

καλῷ μὲν, οὔπω δὲ ὄψιν κινεῖν δυναμένῳ, ᾧ μὴ ἐμπρέπει χάρις ἐπιθέουσα τῷ κάλλει. διὸ καὶ ἐνταῦθα φατέον μᾶλλον τὸ κάλλος, τὸ ἐπὶ τῇ συμμετρίᾳ ἐπιλαμπόμενον, ἢ τὴν συμμετρίαν εἶναι· καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἐράσμιον. Διὰ τί γὰρ ἐπὶ μὲν ζῶντος προσώπου μᾶλλον τὸ φέγγος τοῦ καλοῦ, ἴχνος δὲ ἐπὶ τεθνηκότος, καὶ μήπω τοῦ προσώπου τοῖς σαρξὶ καὶ ταῖς συμμετρίαις μεμαρασμένου 4). καὶ τῶν ἀγαλμάτων δὲ τὰ ζωτικώτερα καλλίω, κἂν συμμετρότερα τὰ ἕτερα ᾖ. καὶ αἰσχίων ζῶν καλλίων τοῦ ἐν ἀγάλματι καλοῦ. ἢ ὅτι τόδι' (leg. τόδε) ἐφετὸν μᾶλλον, τοῦτο δ' ὅτι ψυχὴν ἔχει· τοῦτο δ' ὅτι ἀγαθοῦ ἀμηγέπη φωτὶ κέχρωσται, καὶ χρωσθεῖσα ἐγήγερται καὶ ἀνακεκούφισται, καὶ ἀνακουφίζει ὃ ἔχει, καὶ ὡς οἷόν τε αὐτῷ ἀγαθοποιεῖ αὐτὸ καὶ ἐγείρει; Hinc profecit Hermias in Phaedr. p. 132. Caeterum nostro loco junge alios Plotinianos, ut p. 721 seq.

Pag. 51. p. 6 A. τῆς εὐχροίας. Hippocrat. Coac. Praen. II. p. 127 ed. Foes. εὐχροίῃ προσώπου bene colorata facie. εὔχρως in Xenoph. Rep. La-

4) Sic correxi, ex aliquot libris meis et Ficino, vulgatum μεμερισμένου, cf. Thucyd. II. 49. ibiq. Scholiast. Isocrat. ad Demonic. p. 2 ed. Lang. Interprett. ad Alciphron. I. p. 208. II. p. 268. et ipsum Plotinum p. 725 A. Isidorus Pelusiota Epist. lib. V. 8. p. 664 A. Εἰ ὁ πλοῦτος καὶ τὸ κάλλος, καὶ ἡ φώμη — καὶ πάντα τὰ δοκοῦντα εἶναι καλὰ, θᾶττον μαραίνεται καὶ καπνοῦ δίκην διαλύεται.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

cod. V. 8. ita usurpatur, ut simpliciter ei opponatur αἰσχρὸς turpis, deformis. Ad universum locum nostr. cf. Plato Phileb. p. 51 d. p. 291 Bip. De αἰσχρείας aestimatione egregius locus est Ionis ap. Athen. XIII. 604. p. 185 Schweigh. ubi Sophocles poëta docte dijudicat, quid pictori hâc in parte quidve poëtae liceat. Ei loco adhibebis Huschkii Analecta critica p. 20 seqq.

Pag. 51. p. 6 A. τό, τε ὅλον ἔσται καλὸν αὐτοῖς· τὰ δὲ μέρη ἕκαστα κ. τ. λ. Sic interpungendum erat, licet punctum post αὐτοῖς exstet etiam in edit. princ. Ad sententiam cf. Ciceron. Academ. I. 5. ubi Varro: „Corporis alia ponebant (veteres Graecorum philosophi) esse in toto, alia in partibus: valetudinem, vires, *pulchritudinem in toto:* in partibus autem sensus integros et praestantiam aliquam partium singularum.“ Mox: πρὸς — τὸ ὅλον συντελοῦντα. Hoc sensu εἰς adjecit Longinus de Sublim. sect. 39. 1. — τῶν συντελουσῶν εἰς τὸ ὕψος. cf. Pearc. ibid. ad sect. 8. 4. πρὸς est in Polyb. I. 35. 1. πολλὰ πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ βίου συντελέσοντα, uti quidem Reiskius et Schweigh. corrigunt pro συντελεσθέντα, quos vid. in Annott. Ficinus non vertit illud ἵνα καλὸν ᾖ. Cum tamen in codd. legatur, supplevi interpretationem.

Pag. 51. p. 6 B. οὐκ ἐκ σώμα. ἐχ. τ. κ. Insero καὶ ex codd. pluribus et Ficino.

Pag. 51. p. 6 B. ἡ ἄστρα ὁρᾶσθαι. τῷ καλῷ. „f. leg. πῶς καλά, *astra adspectu quomodo pulcra sunt, D. W.*“

Ficinus vertit *siderumque spectaculum*; neque in codicibus video quidquam praesidii. Ego conjeceram — τῷ καλά; *quánam re astra sunt, pulcra?* Plato in Phaedr. pag. 221 Heind. τῷ δὴ τὸν ἐρῶντά τε καὶ μὴ κρινοῦμεν; ubi vide Heindorfium. Ad rem cf. Ciceronem in Hortensio ap. Nonium in *spectare* (fragg. philos. p. 312 Bip.), ubi ita: „coeli signorum admirabilem ordinem *insatiabilemque pulchritudinem* magis spectant." Caeterum illa χρυσὸς — καλὸν — νυκτὸς ἡ διστρατή admonent quodammodo *Pindarici* exordii Olymp. I. quod adscribi non est necesse.

Pag. 51. p. 8. B. ἐπί τε φωνῶν — ἑκάστου φθόγγου. Operarum Basil. vitium *totus quilibet* pro *tonus* ex ed. princ. emendavi, ut plura; quod semel monitum volo. Tonum (φθόγγον) sic definit Aristoxenus Element. harm. lib. I. p. 15. φωνῆς πτῶσις ἐπὶ μίαν τάσιν ἐστὶν ὁ φθόγγος. Quae eadem fere habet Sextus. Plura dabit ex vett. Musicc. Anastasius Georgiades in πραγμ. περὶ τῆς τῶν Ἑλλην. Στοιχ. Ἐκφωνήσεως Paris 1812. p. 116.

Pag. 51. p. 8. C. — καὶ τοὺς λόγους τοὺς καλούς. Plato Conviv. p. 210 d. p. 91 Wolf. μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα — καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους. Lucianus Charidem. p. 273 Bip. ἢ πῶς τὸ ἐν λόγοις καλὸν σῴζοιτο κάλλιον. Unde facile evincitur quam levis sit lectio τοὺς ἄλλους. vid. var. lect.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 51. p. 8 C. εἰ δὲ δὴ — τὸ σύμμετρον καὶ ἐπ' αὐτῶν αἰτιῶντο. Recte Ficinus: — *in caussâ pulchritudinis assignaverint.* Est enim vocabulum μέσον, et hâc ipsâ sententiâ, ut sit *in caussâ esse dico*, saepius usurpat αἰτιᾶσθαι Plato. Sic in Phaedone p. 67 Wytt. p. 183 Heind. οὐδέ τινας ἐπαιτιώμενον — ἀέρας δὲ αἰτιώμενον, ubi Wyttenb. vertit: „neque ullas caussas ab eâ (mente) repetentem — sed ab aëre caussas ducentem." cf. ibidem sequentia. In Phaedro p. 262 D. p. 303 Heind. καὶ ἔγωγε, ὦ Φαῖδρε, αἰτιῶμαι τοὺς ἐντοπίους θεούς, ubi Hermias p. 185 Ast. recte interpretatur (πάντα) εἰς τοὺς θεοὺς ἀνάγει, est enim: „hoc geniis loci acceptum refero." Nec aliter αἰτιάσασθαι accipiendum ibid. pag. 231 B. pag. 201 Heind. praecedit προφασίζεσθαι et ὑπολογίζεσθαι. Vulgo autem male vertitur. Adde p. 253. p. 271 Heind. et cf. Aristotel. Polit. VII. 12. Utramque verbi potestatem unâ eâdemque periodo eleganter junxit Aristides Orat. Platon. II. p. 127 Jebb. ubi ita de Diotimâ: — ὥςπερ Διοτίμα δέκα ἔτη τῆς νόσου δυνηθεῖσα ἀναβαλέσθαι τῇ πόλει εἰς εὐεργησίας μέρος οἶμαι κατέθετο, καὶ οὐδεὶς ἐκείνην αἰτιᾶται τῶν ὕστερον συμβάντων· ἀλλὰ τοῦ μὲν μὴ πρότερον συμβῆναι, πάντες ἂν εἰκότως, τοῦ δὲ ὅλως οὐδείς κ. τ. λ. Respexit locum notissimum Platonis in Convivio cap. 22. p. 71 Wolfii.

Pag. 54. p. 10 D. τὴν δικαιοσύνην εἶναι εὐηθείαν, „est apud Platonem Rep. I. p. 418 E. et

antecedens τὴν σωφροσύνην ἠλιδιότητα εἶναι videor mihi apud eundem legisse. *D. W.*"

Ita habet Platonis locus (pag. 348 c. Stephan. pag. 191 Bipontin.): — Οὐκοῦν τὴν μὲν δικαιοσύνην, ἀρετὴν (λέγεις), τὴν δὲ ἀδικίαν, κακίαν; Εἰκός γ', ἔφη, ὦ ἥδιστε. ὑπειδὴ καὶ λέγω ἀδικίαν μὲν εὐβουλίαν, δικαιοσύνην δὲ σύ. Ἀλλὰ τί μήν; Τοὐναντίον, ἦ δ' ὅς. Ἡ τὴν δικαιοσύνην, κακίαν; Οὐκ· ἀλλὰ πάνυ γενναίαν εὐήθειαν. Τὴν ἀδικίαν ἄρα κακοήθειαν καλεῖς; Οὐκ· ἀλλ' εὐβουλίαν, ἔφη. Eodem exemplo utitur Proclus in Platon. Tim. p. 344. οἷον τὸ τὴν δικαιοσύνην εὐήθειαν εἶναι, καὶ τὴν ἀδικίαν σοφίαν. Caeterum illa τὴν σωφροσύνην ἠλιδιότητα εἶναι κ. τ. λ. admonent nos gravissimi loci Thucydidei III. 82. de insigni istâ per Graeciam factâ loquendi mutatione, ubi et alia plurima et illud: τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη. μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής. τὸ δὲ σῶφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα. Ubi τὸ σῶφρον pro ἡ σωφροσύνη Thucydideo more, explicante etiam Scholiastâ. Adde Xenophont. Anabas. II. 6. 22. de Menone Thessalo: τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ ἀληθὲς ἐνόμιζε τὸ αὐτὸ τῷ ἠλιθίῳ εἶναι.

Pag. 51. p. 10 E. καὶ κάλλας ἀληθινώτερον ἢ τὰ πρόσθεν. Lectio cod. Cizensis ἢ τὰ πάθη videtur ex scribendi compendio nata. Mox ἀλλὰ πῶς σύμμετρα; Ficinus videri possit legisse συμμετρία. Sed tamen, ut saepius, sententiam magis quam verba videtur esse secutus. Plurali ratio ut

UNIVERSITY OF MICHIGAN

constet, ex ipsâ sententiâ intelligendum est κάλλη. — Deinde οὔτε — ὡς μεγέθη, οὔτε ὡς ἀριθμοὺς σύμμετρα· ad Stoicos notandos pertinere, supra monui ad p. 50 D. 51 A.

Pag. 51. p. 10 E. πλειόνων μερῶν τῆς ψυχῆς ὄντων, ex decreto Platonis. Galenus de Hippocr. et Platon. placit. VI. 2. p. 182 Charter. καὶ γὰρ εἴδη καὶ μέρη ψυχῆς ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸ λογιστικὸν, καὶ τὸ θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. Cf. Cicero. Tusculan. I. 10. Academ. II. 39. ubi plura dabit Davisius, quibus ego ex hâc philosophorum, quos tractamus, familiâ aliquot locos adjiciam. Vid. igitur ipsius Plotini locum classicum in libro de essentiâ animae p. 360 seqq. Basil. Porphyrii fragm. ex opere de virib. animae in Stob. Eclogg. Tom. I. p. 834 seqq. Heer. Jamblichum in libris de animâ ap. eundem I. p. 876. Proclum in Platonis Rempubl. p. 407 seqq. et eundem supra pag. 114. of. *Praeparat.* §. 11.

Pag. 51. p. 10 E. ἐν ποίῳ γὰρ λόγῳ ἡ ἡ σύνθεσις. Quod a plurr. codd. abest h. l. ἡ, illud nec Ficinus in suis videtur offendisse.

Ibid. σύνθεσις ἢ ἡ κρᾶσις „confer Plotini Disp. περὶ τῆς δι' ὅλων κράσεως. [*de permistione per tota*, qui liber est septimus Enneadis secundae p. 184 — 187 Basil.] Divisio veterum de compositione corporum a nobis tractatur ad Plutarchi Mor. p. 142 D. *D. W.*"

Pag. 51. p. 10 E. τοῦ νοῦ — μονοειδέως. De unitate mentis vid. supra Proclum περὶ ἑνὸς καὶ πάλλ. p. 86, et p. 91, ubi νοῦς et εἷς dicitur ὂν et μονοειδής, et quae ibi laudavimus.

Cap. II. p. 51. pag. 12 E. *Argumentum capitis secundi auctore Ficino.* „Pulchritudo in corporibus est absoluta perfectio gratiaque formae praecipue, quae et materiae formisque in ea aliis dominatur, et expeditam artis rationisque divinae victoriam super materiam refert, et ipsa perspicue repraesentat ideam. *Caput secundum* scrutatur, quid ipsa sit in corporibus pulchritudo; asseritque esse aliquid primo aspectu prompte se offerens. Cum enim pulchritudo et in mundo intelligibili formarum intelligibilium forma sit, et in corpore similiter sit forma formarum: merito et illic intellectum et hîc visum primo et promptissime movet. Quod Plato testatur in Phaedro. Subdit Plotinus: animum vehementer et respuere turpe, et adsciscere pulchrum: nec injuriâ. Turpitudo enim est tetra quaedam mali facies: pulchritudo vero facies blanda boni. Praeterea rationalis anima proxime pendet ex mente divinâ: et pulchritudinis ideam sibi illinc impressam servat intus. Cui quidem congruit, tanquam sibi patrique cognatum libenter amplectitur. Congruit autem ea in corporibus forma, quae ad ipsam ideae normam ad amussim composita est: dum ratio seminalis, quae in naturâ est corporum formatrice, materiae

UNIVERSITY OF MICHIGAN

plurimum dominatur, formamque in eâ reddit materialem quidem minime: maxime vero formalem. Profecto, quemadmodum accipimus ex Timaeo: intellectus ipse divinus pater est formarum: materia mater. Sed ratio somesque formarum in naturâ vigens rite paternum semen et efficax nominari potest: forma vero inde genita proles. Formositas autem nihil aliud est, quam ipsa prolis hujus indoles, expressius referens patris effigiem: deformitas contra, tum deficientis formae dissimilitudo quaedam ad patris formam, tum ipsa materia defectus hujus origo; praesertim quando casu quodam impediente subjectum a ratione formante minime superatur, id est, formantis actum vel non sustinet, vel ineptissime susoipit. Proinde in quolibet elemento, etsi formae accidentales sunt multae, una tamen est forma substantialis atque praecipua. Similiter in rebus mixtis, ceu lapidibus atque metallis, si plures formae substantiales sunt virtute, una tamen principalis actu est atque communis. Sic in plantis et animalibus: si multae in singulis formae substantiales sint actu quodam, una tamen est actu praecipuo pluribus imperans. Ubique vero formositas est absoluta quaedam perfectio, sive gratia, et quasi flos quidam ipsius formae praecipue formis aliis dominantis. Est itaque divinum et imperiosum aliquid, quia et imperium regnantis formae significat, et artis rationisque divinae victoriam refert super materiam, et ipsam perspicue repraesentat ideam. *Ficinus.*

Pag. 51. p. 12 E. — *ἀναλαβόντες.* Plato Hipp. maj. p. 288 A. p. 140 Heind. *φέρε δὴ, ὦ Ἱππία, πρὸς ἐμαυτὸν ἀναλάβω, ὃ λέγεις.*

Pag. 51. p. 12 E *καὶ βολῇ τῇ πρώτῃ.* „primo intuitu" *Ficin.* Sic saepissime *βολή* et *βολαί*, addito nonnumquam *ὀφθαλμῶν* sive *ὀμμάτων*. Vid. Spanhem. ad Julian. Caes. p. 309 B. Reitz. ad Luciani Amor. p. 598 seq. Bip. Wyttenbach. epist. crit. p. 265 ed. Lips. Irmisch ad Herodian. Tom. I. p. 254. Wagner. ad Alciphron. III. 1. p. 5. et Boissonad. ad Philostrat. Heroic. p. 547 seq.

Pag. 51. p. 12 F. *καὶ ἡ ψυχὴ ὥςπερ συνεῖσα λέγει.* „Sic et cod. Vossian. Si vera est lectio, accipiam, *anima illud intelligens dixit pulcrum esse.* Ficinus vertens *apprehendens* aliud aut legisse aut legere voluisse videtur. Forte legendum *χαίρει*. *D. W.*"

Licet huic conjecturae patrocinium fortasse quaeri possit ex Platonis Gorg. p. 474 D. p. 95 Heind. *ἐὰν τὰ σώματα ἐν τῷ θεωρεῖσθαι χαίρειν ποιῇ τοὺς θεωροῦντας*, itemque e Symposii loco proxime laudando, nec minus e contextu (oppositum enim videtur infra *ἀνίλλεται*): tamen, quoniam Plotinus h. l. simul Cratylum Platonicum (loco supra jam citato, p. 416 B — D. p. 109 seqq. Heind.) respexisse videtur, ubi cum de pulcri gratia tum de *appellatione* disputatur — *ἆ δὲ καλὰ φάσκοντες εἶναι ἀσπαζόμεθα* — et codd.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

etiam ad unum omnes in vulgatâ persistunt: altera Wyttenbachii ratio mihi potior videtur.

Pag. 51. p. 12 F. ἀνίλλεται — ἀλλοτριουμένη. „Cod. Vossian. ut margo. [vid. var. lect.] Quâ in lectione ea quae praecedunt verbum ἀνίλλεται sunt quidem scholion. Usus est eodem [verbo ἀνίλλεσθαι] Porphyrius in vitâ Plotini p. 116 edit. Fabric. et videndus Ruhnken. ad Timaeum p. 35. *D. W.*"

Vid. var. lect. unde intelligitur, codicum partim non agnoscere illud καθυποκρ. — — ἀπαξιοῖ, partim in marginem rejicere. Nec Ficinus in suis libris offendit. Vertit enim: „et vero in turpe incidens, sese recipit, et velut abhorrens ob discordiam respuit ut alienum." Fluxit autem scholion ex iisdem fontibus unde Suidas haec habet: Ἀνιλλομένη· Καθυποκρινομένη. κυρίως δὲ ἀνίλλεσθαι τὸ ἀπαξιοῦν Quae eadem leguntur in Zonar. Lex. Gr. ubi codex A habet: ἐπαξιοῦν. Respexit autem Plotinus Platonis haec in Conviv. p. 207 D. p. 83 Wolf. (coll. p. 209 B. p. 83 Wolf.) διὰ ταῦτα, ὅταν μὲν καλῷ προσπελάζῃ τὸ κυοῦν, ἵλεών τε δὴ γίγνεται, καὶ εὐφραινόμενον διάχειται, — ὅταν δὲ αἰσχρῷ, σκυθρωπόν τε καὶ λυπούμενον, ξυσπειρᾶται, καὶ ἀποτρέπεται, καὶ ἀνείλλεται κ. τ. λ. Forma, quâ Plotinus utitur, ἀνίλλεται nec minus Attica est, vid. Ruhnk. l. l. adde eundem et T. Hemsterhusium ibid. p. 68 seqq. item Valckenarium ad Theocriti Adoniaz. p. 248 seq. de universo hoc verborum genere doctissime disputantes.

Pag. 51. p. 12 F. καὶ ἀναιδεύει ἐπ' αὐτοῦ. Hoc esset: *in eo*, sive *quod hoc attinet*. Nisi malis jungere cum οὐ συμφωνοῦσα. Sed haud dubie vera lectio plurr. codd. ἀπ' αὐτοῦ, ita ut haec: καὶ ἀναιδ. ἀπ' αὐτοῦ οὐ συμφωνοῦσα, καὶ ἀλλοτριοῦμένη respondeant antecedentibus: καὶ οὖσαν συναρμόττεται. Atque huc facit Hesychius I. p. 332. Ἀναιδεύει· οὐ συντίθεται πρός τι. (Cf. eundem in ἀναδῦναι p. 320. ibiq. Interprett. Est igitur h. l. *negat anima sibi quidquam commune esse cum turpi*.

Ad sententiam totius loci cf. Platonis Lysid. p. 216 c. p. 35 Heind. καὶ κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν τὸ καλὸν φίλον εἶναι. Ei proverbio adhibe Muretum Varr. Lectt. IV. 4. ibiq. laudatum Theognidem vs. 15, ubi ejus origo ad Musas Gratiasque refertur; Erasmi Adagg. p. 31. 49. 254. Barnes. ad Euripid. Bacch. 879. 899. Valckenaer. ad Phoeniss. vs. 821 seqq. Eodem proverbio abutitur Hermias ad Platon. Phaedr. p. 65. in male sanâ explicatione verborum ὦ φίλε. Aliorum locorum, cum hoc Plotiniano congruentium, fons in illâ pulcritudinis laudatione est, quae legitur in Isocratis encomio Helenae cap. 25 seq. p. 355 seq. Lang. Unde Lucianus in Charidemo IX. p. 291 Bip. Καλοὺς δ' οὐ μόνον φθονοῦμεν τῆς ὥρας, ἀλλ' αὐθός τε ἰδόντες ἁλισκόμεθα, ὑπεραγαπῶμέν τε κ. τ. λ. adde p. 293. Stobaeus Sermon. 63. p. 407 seq. loco longiore, unde haec excerpam: — τὸ δὲ κάλλος οὐχ οἷόν τε λαθεῖν. ἅμα γὰρ τῷ ἔχοντι φαίνεται. εἶποι δ' ἄν τις ὅτι καὶ πρότερον. οὕτως ὀξεῖαν αἰσθ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

θησιν ἑαυτοῦ παρέχει. Locus est Dionis Chrysostomi Orat. 29. I. p. 539 Reisk. ubi tamen, λανθάνειν. Sed Stobaei lectio praeferenda est alteri, cum proxime praecedat λάθοι. Fugisse videtur editores locus Stobaei, unde et alia nonnulla erui poterunt potiora vulgatis, ut continuo ἔτι δὲ pro εἰ δέ, similiaque, quae praeferat qui calleat dignoscere aera lupinis. Basil. Magn. Homil. in Jesaj. 5. p. 505 B. τὸ αἰσθητὸν κάλλος — αὐτομάτῳ τινὶ καὶ φυσικῇ ὁλκῇ προοικειοῦται τοὺς ἐντυγχάνοντας. καὶ μέντοι καὶ τὸ αἰσχρὸν αὐτόθεν ποιεῖ ἀποστροφὴν τοῖς ὁρῶσιν. Augustinus de Musicâ lib. VI. cap. 38. p. 531 B. C. „Dic, oro te, num possumus *amare* nisi *pulcra*? Nam etsi quidam videntur *amare deformia*, quos vulgo Graeci σαπροφίλους vocant, interest tamen quanto minus pulcra sunt, quam illa quae pluribus placent. Nam ea neminem amare manifestum est, quorum foeditate sensus offenditur."

Pag. 51. p. 12 F. καὶ πρὸ τῆς κρείττονος — οὐσίας. Codd. plurr. exhibent πρός, quod idem expressit Ficinus: „ac *prope* et *secundam* essentiam in rerum ordine praestantissimam." Quod si alteram sequaris lectionem πρό, ita interpretandus locus erit, ut anima superare dicatur quidquid in rerum corporearum complexu maxime praestabile existimetur. Tamen illud simplicius est.

Pag. 51. p. 14 F. ἡ ἴχνος τοῦ συγγενοῦς. Vid. var. lect. καὶ ἴχν. etiam legit Ficinus. Utrumque,

hoc quidem loco, optime videtur jungi. Ad vocem cf. Platon. Politic. p. 290 D. Ἤδη τοίνυν μοι δοκοῦμεν οἷόν γέ τινος ἴχνους ἐφ' ὃ πορευόμεθα προσάπτεσθαι. „in vestigium incidisse." vid. Heusdii Specim. critic. in Platon. p. 137. Hemsterh. ad Luciani Dialogg. Deor. p. 331. Wettsten. ad 2 Petri epist. II. 21. qui ejus locutionis imitationes persequuntur. Ego Plotini, qui eâdem delectatur, locos aliquot subjiciam: pag. 713 B. καὶ γὰρ ψυχὴ καὶ ζωὴ νοῦ ἴχνη, conf. p. 710 C. p. 711 A. p. 725 A supr. τὸ γὰρ ἴχνος τοῦ ἀμόρφου μορφή. p. 393. — καὶ ἔχει ἴχνος τοῦ γενομένου ἐντεῦθεν. p. 439 A. — εἰ δὲ τὸ ἐν ταῖς πράξεσι ἀγαπήσας καλὸν τὰς πράξεις αἱρεῖται, ἀπατηθεὶς τοῖς ἴχνεσι τοῦ καλοῦ, γεγοήτευται, τὸ περὶ τὰ κάτω καλὸν δεύκαν. Cui loco comparandum *infra* initium cap. 8. —: εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαί, et haec Joh. Chrysostomi de sacerdot. IV. 3. p. 240 ed. Giacom. εἰ δὲ τῆς δυνάμεως ἐκείνης οὐδὲ ἴχνος ὑπολέλειπται.

Pag. 51. p. 14 G. καὶ ἀναμιμνήσκεται ἑαυτῆς καὶ τῶν ἑαυτῆς. Plotinus adv. Gnostice. pag. 215 E. „qui corpoream pulcritudinem in picturis cet. conspiciunt, ἢ οἷον θορυβοῦνται καὶ εἰς ἀνάμνησιν ἔρχονται τοῦ ἀληθοῦς (κάλλους)." Idem p. 714 C. anima calefacta calore divino οἷον ἐπτοημένη τῇ μνήμῃ μεῖζον κουφίζεται, qui locus nostri simillimus est. Pertinent autem haec omnia ad doctrinam Platonicam de ἀναμνήσει, de quâ sufficit universe laudasse locos primarios: Menon. p.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

81 seqq. p. 32 seqq. Buttm. Phaedon. p. 72 E. p. 27. Wytt. p. 74 Heind. ibiq. Interprett. coll. Procl. in Alcib. prior. p. 255 in Excerptis Ficini. Ei doctrinae obloquitur *Anonymus* in Ἀντιθετικῷ mscr. Ego hoc teneri velim, conjunctissimum esse id decretum cum doctrinâ *pulcritudinis* viarumque, quibus ad eam pervenitur. Quod et Diotimae disputatio docet in Convivio p. 85 Wolf. et vero locus in Phaedro maxime p. 249 C. (p. 259 Heind.) qui sic incipit: τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις ἐκείνων, ἃ ποτ' εἶδεν ἡμῶν ἡ ψυχή, et pag. seq. ἵν' ὅταν τὸ νῦν δή τις ὁρᾷν κάλλος τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησκόμενος, ἀναπτερῶται κ. τ. λ. Quod igitur pulcrum in hâc rerum corporearum naturâ conspicimus, ex eo nascitur recordatio veri pulcri ipsius. cf. Plut. Plat. Quaest. p. 1004 C. D. et quae ad Platonis l. l. praeterea laudavit Astius. Ego Plotini canssâ ex Hermiâ aliisque nonnulla excerpam. Hic quidem p. 91 seq. illud placitum recordationis attingit, et posteaquam p. 112 seqq. pluribus demonstravit quam arcto vinculo inter se contineatur doctrina *pulcritudinis intelligibilis et immortalitatis animorum*, haec subjicit, quae ad locum nostrum maxime faciunt: πρόκειται τῷ ἀνθίῳ ἐραστῇ, ἀπὸ τὸ νοητὸν κάλλος καὶ ὄντως ὂν ἀναπέμψαι τὸν ἐρώμενον· ποῦτο δ' ἂν ποιήσειεν αὐτὸν ἐκείνου ἀπὸ τῶν τῇδε καλῶν ἀναμιμνήσκων· (extremum verbum recte supplevit Astius.) ἀναμιμνήσει δὲ, εἰ ἀθάνατον αὐτοῦ δείξῃ τὴν ψυχήν· καὶ γὰρ ἀναμιμνήσκεται ἃ ποτε θεασάμενος· ὁ γὰρ μηδέποτε θεασάμενος οὐδὲ ἀναμιμνήσκεται κ. τ. λ. adde ibid. p. 151 seqq.

Eandem vere pulcri recordationem diserte ornavit Platonicus orator Maximus Tyrius Dissertat. XXVII. p. 46 seqq. Reisk. loco egregio, quem sic finit: Σωκράτης — οἷα δηρευτὴς ἀνὴρ, διὰ σωμάτων ἀνθρωπίνων διιτέλει μεμνημένος κάλλους ἀληθινοῦ. Neo minus ex Platonis Phaedro profecit Himerius Orat. 14. 12. p. 629. „anima bonâ indole praedita ἐκείθεν ἴδῃ τι τῶν τῇδε καλῶν, ἐγείρεται, καὶ πρὸς ἐκεῖνα τῇ μνήμῃ φέρεται, ἃ ποτ' εἶδεν κ. τ. λ.“ Augustinus de verâ Relig. cap. 39. p. 773 C. D. „Quid igitur restat, unde non possit *anima recordari primam pulcritudinem*, quam reliquit, quando de ipsis suis vitiis potest? Ita enim sapientia Dei pertendit a fine usque ad finem fortiter. Ita per hanc summus ille artifex opera sua in unum finem decoris ordinata contexuit. Ita illa bonitas a summo usque ad extremum nulli pulcritudini (leg. pulcritudinem) quae ab ipso solo esse posset, invidit, ut nemo ab ipsâ veritate dejiciatur, qui non excipiatur ab aliquâ effigie veritatis.“ Quae extrema non minus Platonem auctorem habent, quam illa priora. Adde Aeneae Gazaei verba in Theophrasto. Qui, latine quidem ita, graeca enim non sunt ad manum, in Biblioth. Max. Patrr. Tom. VIII. pag. 653. „Veteres enim solebant omnes liberales disciplinas ἀναμνήσεις, id est, quasi quandam rerum ante actarum recordationem appellare. Deinceps (anima) et creatoris *et illius quae mente percipitur pulcritudinis*, unde longo tempore discessérit, *recordatur*.“

[redacted]

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Rag. 5t. p. 44 G. τοῖς τῇδε τὰ ἐκεῖθεν νοεῖς Vossianus bene D. W.

Nec codices reliqui suffragantur neque loci Platonis, Hermiae, Himerii, quos proxime laudavimus.

Ibid. l. ult. — ὁμοίωσις τοῖς τῇδε πρὸς τὰ ἐκεῖ καλά. Clemens Alexandr. IV. p. 616. docens, a corporeâ pulcritudine ad ipsius artificem Deum esse transeundum: ἔμπαλιν ὁ δι' ἀγάπην τὴν ἁγνὴν προσβλέπων τὸ κάλλος, οὐ τὴν σάρκα ἡγεῖται, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν καλήν, τὸ σῶμα, οἶμαι, ὡς ἀνδριάντα θαυμάσας, δι' οὗ κάλλους ἐπὶ τὸν τεχνίτην καὶ τὸ ὄντως καλὸν αὐτὸς αὐτὸν παραπέμπει. Extremis congruunt haec Augustini Confession. lib. X. 53. p. 188. „quoniam pulcra trajecta per animas in manus artificiosas ab illâ pulcritudine veniunt, quae super animas est, cui suspirat anima mea die ac nocte." reliqq. Adde Aeneam Gaz. in Theophrast. Max. Bibl. Patrr. T. VIII. p. 661. et Hermiam in Phaedr. p. 157.

P. 52. p. 14 A. μετοχῇ εἴδους φαμὲν ταῦτα; „Participatione utique speciei nostra haec dicimus esse pulchra" *Ficin.* Teneatur h. l. vis vocabulorum εἶδος et μορφή pro *ideâ;* qui usus Platonem auctorem habet licet in eodem non usquequaque sibi constantem, docente Wyttenbachio ad Phaedonem p. 274 seq. nec Plotiniani hujus loci oblito. Tu confer praesertim Platonis Parmenidem. p. 131 A. p. 203 Heind. et Proclum in Theolog. Platonic. I. 24. p. 59. ubi pluribus disputatur de pulcritudine,

tamquam ideâ (speciei, εἴδει) et praesertim III. 18. p. 151 et 161. ubi hoc docetur, pulcritudinem, quatenus εἶδος sit, esse in tertio progressu (προόδῳ 5). Pertinent haec ad doctrinam de insigni triade (soil. congruentiâ, veritate, pulcritudine) ductam ex Platon. Philebo, quod supra monuimus. Idem Proclus Institut. theolog. §. 63. p. 443. ... καὶ γὰρ τὸ κάλλος, καὶ ἡ στάσις, καὶ ἡ ταυτότης ἀμεθέκτως ὄντως ὑπό τε τῶν ἀεὶ μετεχόντων μετέχεται καὶ ὑπὸ τῶν ποτε δευτέρως κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν. Vox ἀμεθεκτός abest a Lexicis, ut sexcenta alia per libros Platonicorum.

Pag. 52. p. 14 A. καὶ τὸ πάντη αἰσχρὸν ... μορφῆς καὶ λόγου. „i. e. *et hoc est id quod omnino turpe est: turpe vero etiam est id, quod non penitus continetur a formâ et ratione.* D. W."

Proclus περὶ ἐνώσ. κ. α. supra cap. 8. p. 117. καὶ ὅταν κρατηθῇ τὸ εἶδος ὑπ' αὐτῆς (τῆς ὕλης), αἴσχους ἀναπίμπλαται καὶ ἀμορφίας.

5) Ei doctrinae obloquitur auctor fragmenti, quod nuper offendi in *Cod. mscr.* Unde haec adscribam, alibi daturus integrum: — ἐκ μὲν γὰρ ἀρχῆς πάντα γεγέννηται, ὡς τὰ ἱερά φασι λόγια· καὶ οὐχ ἕτερον ἀφ' ἑτέρου, ὡς τὰ Πορφυρίου καὶ Ἰαμβλίχου ληροῦσι περὶ τῶν προόδων συντάγματα· ἀποπεμπέσθωσαν δὲ ἡμῖν καὶ αἱ τοῦ Πρόκλου περιττολογίαι περὶ τῶν διογενήσεων· καὶ μήτε τὸν πατρικὸν βοῦν παραδεξώμεθα τὰς ἴυγγας ἀπογεννῶντα, μήτε παῦ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 52. p. 14 A. οὐκ ἀνασχομένης τῆς ὕλης τὰ — μορφοῦσθαι. Tenenda paullo insolentior constructio verbi ἀνέχεσθαι, quod alias fere participium adjunctum habet, vid. Valckenaer. ad Herodot. V. 19. et ad Euripid. Phoeniss. 550. Infinitivum tamen, eodem monente, additum videas in Aeschyli Eumenid. vs. (917.) 912. et in Isocrat. ad Demonic. p. 10 C. p. 12 Lang. Utrobique articulum adscivit Infinitivus sicut nostro loco. Illum omisit tamen Herodotus VII. 139. ἀλλὰ καταμείναντες ἀνέσχοντο τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην δέξασθαι. Quo in loco Herodotus, aeque atque h. l. Plotinus, nimium participiorum concursum consulto vitasse putandus est.

Pag. 52 A. B. p. 14 et 16 A. B. πᾶν γὰρ τὸ ἄμορφον — εἶδος δέχεσθαι — αἰσχρὸν — ἐν τῇ ὁμολογίᾳ πεποίηκεν — ὡς δυνατὸν αὐτῷ ἐκ πολλῶν ὄντι. Locus classicus *de naturâ et origine deformitatis*; quâ explicatâ *pulcritudinis* demum ratio intelligi potest. Atque supra p. 117. ex hoc loco *Proclum*

τας ἀποτικτούσας τὰς τελετάρχας· μήτ' ἐκείνους τοὺς συνοχεῖς· (cf. Procli Theolog. Platon. p. 212 infr. et p. 213. p. 218. 222. 252 seq.) κρυπτέσθωσαν δὲ καὶ οἱ κοσμαγοὶ (si sana vox, addenda est Lexicis) καὶ ἡ πολυμετρὴς (f. πολυμερὴς) Ἑκάτη καὶ ὁ ἅπαξ καὶ δὶς ἑκατέρωθι· καὶ αἱ πολλαὶ τῶν ὄντων πηγαί. τί γὰρ δεῖ τὸ ἅπαξ παρὰ τῆς πρώτης γεννηθὲν τελειότατον ἀπογεννᾶσθαι αὖθις παρὰ τῶν ἐφεξῆς; —

videmus proficere: nunc de ipso Plotini decreto paucis videndum est. Pertinet ea res ad doctrinam de *materiâ* et *mundo* atque *ideis*. Varro, apud Ciceron. Academ. I. 40. veteres philosophos ita docere facit: „Et cum ita moveatur illa vis, quam *qualitatem* esse diximus, et cum ultro citroque versetur; et *materiam ipsam totam penitus commutari putant*, et *illa* (sic Davisius et Ernestius pro *ita*, atque illud firmat egregie Codex noster) effici quae appellant *qualia*, e quibus effectum esse mundum", ubi Davisius profert locum Plutarchi de Repugn. Stoicc. pag. 1054 A. Παντοχοῦ τὴν ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσι, τὰς δὲ ποιότητας τοῖς ἂν ἐγγένωνται μέρεσι τῆς ὕλης εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν. Jam Plotinus et ipse materiam per se inertem et ab omni formâ longissime remotam tradit libro singulari *de materiâ* (Enn. II. 4.) quem Porphyrius explicuerat et ipso scripto singulari (vid. Vit. Plotini cap. 24. ibiq. Fabric.). In eo igitur libro Plotiniano praesertim attendenda sunt ad nostram caussam ea, quae p. 166 seq. de *susceptione formarum* exponuntur. In libro autem adversus Gnosticos p. 216 C. inde apparere, monstrat noster philosophus, insignem vim *animae mundanae*, *quod corporis naturam non pulcram participem*, *quoad ejus fieri possct*, *fecerit pulcritudinis*: — ὅσῳ τὴν σώματος φύσιν οὐ καλὴν οὖσαν ἐποίησεν, ὅσαν ἦν αὐτῇ καλλύνεσθαι μετέχειν κάλλους. Quae quantopere cum nostro loco congruant, cuique patet. *Idem* ita quae

UNIVERSITY OF MICHIGAN

rit in libro de Bono et ideis p. 719. cap. 28 A. B. „Nonnquid materia (ἡ ὕλη) si voluntatis facta fuerit compos, velle posset se solummodo speciem (εἶδος) fieri; deinde, posteaquam negatum est, desiderium nasci posse in materiâ, ut quae solo sensu praedita sit“: hoc ponitur: „speciem (τὸ εἶδος), veluti somnium (ὄναρ) summi Boni, accedere ad materiam, malam per se, eâque accessione hanc in meliore quodammodo ordine (τάξει) locari.“ Pag. 725 A. Idem docet materiam per se nihil prorsus formae habere, sed aliunde recipere, videlicet a mente (ἡ δὲ ὕλη πορρωτάτω ἐξ ἀνάγκης, ὅτι μηδὲ τῶν ὑστάτων μορφῶν παρ' αὐτῆς τινα ἴσχει. Quae explicantur alio loco *de mente* p. 556 B — D. ubi ponitur, corpus a semetipso nil pulcri habere, sed ab animâ accipere, hanc item a mente, mentem vero esse τόπον Boni (τοῦ ἀγαθοῦ), quo quidquid in Bono est exprimatur in multitudine (ἐν πλήθει), cum ipsum Bonum maneat in Uno (ἐκείνου μένοντος ἐν ἑνί). Eodem pertinet in libro de *Providentiâ* locus de mixtâ pulcritudine et non mixtâ p. 260 A. B: „Qui pulcritudinem in mixto quaerat, non perinde quaerere debere atque in non mixto. Mundum enim esse corpore praeditum, igiturque hoc ipsum corpus in universitate rerum vim suam habere. Quaerendum itaque potius esse an earum rerum, quae *quae quidem cadere in mixtum possint*, nihil deficiat. Velut, si quis quaerat, quis sensibilis homo pulcerrimus sit, eum non hoc quaerere, ut intelligibilis homo plane idem atque ille sit, verum illud quaerere, an hactenus terrenis

corporis nervi, caro, ossa admiserint, sive receperint, in se rationem (λόγον), ut et ipsa pulcra redderentur, et ratio eminere in materiâ posset. (ὥστε καὶ ταῦτα καλλῦναι, καὶ τὸν λόγον ἐμφανέσθαι τῇ ὕλῃ)" Quae conferenda sunt cum his nostri loci verbis: οὐκ ἀναδεχομένης τῆς ὕλης τὸ πάντη κατὰ τὸ εἶδος μορφοῦσθαι). Ponitur ergo hoc, materiam quodammodo repugnare formae, neque eam usquequaque recipere velle. Quae repugnantia et ipsa est quoddam materiae vitium, quod non patitur, ut quae *multa* sunt in materiâ, a formâ redigantur prorsus in *unum*: Plotinus p. 757 C. „Viget sanitas (ἡ ὑγίεια) ὅταν εἰς ἓν συναχθῇ (al. συνταχθῇ) τὸ σῶμα· et pulcritudo viget καὶ κάλλος, ὅταν ἡ τοῦ ἑνὸς τὰ μόρια κατασχῇ φύσις." Qui locus ductus est ex *Platonico* in *Sophistâ* pag. 228 b. pag. 314 Heind. ubi, posteaquam philosophus *morbum* uno verbo explicavit στάσιν esse, de *turpitudine* sic pergit: Ἀλλ' αἰσχος, ἄλλο τι πλὴν τὸ τῆς ἀμετρίας πανταχοῦ δυσειδὲς τῶν ἐν ὄντων γένος; (cod. Paris. et edd. Basil. 1. 2. δυσειδὲς ὂν γένος;) Heindorfius sic edidit ex Schleiermacheri conjecturâ: πανταχοῦ ἑνὸν δυσειδές: „*quod ubicunque inest*, sive in corpore sive in animo, deforme est." Ei conjecturae hoc adversatur vel maxime, quod et Plotinus l. l. et quicunque reliqui ex Platonis mente de pulcritudine deformitateque disputant, *unitatis* (τοῦ ἑνὸς) mentionem singuli faciunt. Quocirca alia, si forte, paranda ei loco medicina erit. Caeterum ad Platonis locum respicit Hermias in

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Phaedr. p. 88; qui idem alio loco (p. 161.) ita loquitur, ut Plotinum ante oculos habuisse videatur: ἐνταῦθα δὲ τὸ κάλλος μεριστόν ἐστι, καὶ οὐχ ὅλον τοῦ εἴδους — ἀλλὰ ὧν δύναται ἡ φύσις μετασχεῖν, ἐκεῖ δὲ τὸ κάλλος ἡνωμένον ἐστιν καὶ ἀδιάφθορον. Nec minus a Plotino pendet *Syrianus* in Aristotelis Metaphys. lib. II. cap. 3 seqq. ubi pluribus disputat de ideis. Deinde sic pergit (fol. 6. a. edit. Venet. 1558.): „Quaerit quidem in his (Aristoteles), an sint praeter compositum et specificatum, et universales per se species; et si sint omnino naturalium et artificialium, *pulcrorum et turpium*, bonorum et malorum et perfectorum et imperfectorum: aut quorundam quidem esse, quorundam vero non: et quorum quidem sint, quorum vero non.“ Tum Plotino Jamblichoque laudatis ita: „Dicimus quidem, inquit, *turpium*, *et imperfectorum et malorum non omnino esse ideas. Nam per recessum haec in ultimis naturae subsistunt, eo scilicet, quod particularis anima imbecillis sit, quia non superat subjectum infinitatem.*“ Unde lucem haud mediocrem accipit Plotini sententia, quae hoc ponit, ut deformitas corporum non nascatur ex ideâ quâdam deformitatis, sed ex imbecillitate materiae, non recipere valentis formam superne ab animâ menteque corporibus impressam. Tu confer Plotini librum de intelligibili pulcritudine, ubi de ideâ pulcritudinis disputatur pluribus p. 541 seqq. In quibus decretis nemini cuiquam cum Ploti-

no nostro melius convenit, quam *Aurelio Augustino*. Qui in eandem sententiam plura disputat in libro *de vera Relig.* et hoc insuper adscribit cap. 32. p. 768 seq. „Nunc vero — dicit *corporibus, Vos quidem, nisi aliqua unitas contineret, nihil essetis*, sed rursus; *si vos essetis ipsa unitas, corpora non essetis.*“ *Idem* in *epistolâ ad Coelestinum* 78. p. 23 C. D. „Quod hîc insinuavi quoquo modo mutabile, creatura dicitur: quod immutabile, creator. Cum autem omne, quod esse dicimus, in quantum manet dicamus, et in quantum unum est, *omnis porro pulchritudinis forma unitas sit*: vides profecto in istâ distributione naturarum, quid summe sit, quid infime, et tamen sit, quid medie majusque infimo et minus summo sit.“ cf. *eundem advers. Manichaeos* I. 21. pag. 658. *Aeneas Gazaeus* in Theophrasto Bibl. Max. Patrr. VIII. p. 663. „Statuendum est igitur, *formam*, qualis initio prodiit, talem prorsus mansisse: *materiam* autem, quoniam *subjecta est et ad suscipiendam quamlibet formam facta*, eam, quae melior est et praestantior, omnino suscipere.“ Quae et ipsa e Plotino, ut fonte, fluxerunt.

1 Pag. 52. p. 16 B. ἰδρ. οὖν ἐπ' αὐτό, „f. legendum αὐτοῦ *D. W.*“

Ibid. συνδέντος „cod. Vossian. συναχθέντος, ut margo *D. W.*“

Videlicet Basil. ed. exhibet συνδέντος, margo

UNIVERSITY OF MICHIGAN

συναχθέντος, contra cod. Vat. in textu: συναχθέντας, in marg. συναθέντος. Atque ea ratio saepissime inter Basil. et Vat. obtinet. Ego manifestum vitium retinere nolui.

Ibid. ἵδρυται ἐπ' αὐτό. Mirifice hoc verbo indequa ductis vocibus delectantur Platonici, ut nemo nescit, qui eorum lectione vel paullo imbutus sit. Proprius autem usus pertinet ad simulacra templa similiaque, vid. Pausaudi Monumenta Peloponnes. II. p. 35. Wesseling. ad Diodor. Sic. XI. 49. Wyttenb. ad Julian. Orat. I. p. 193 Lips. Ego Procli binos locos adscribam, qui medicinâ indigent: Institut. theolog. cap. 170. p. 486. πᾶς νοῦς ἐν αἰῶνι τήν τε οὐσίαν ἱδρύσατο, καὶ ἅμα τὴν ἐνέργειαν· πάντα ἅμα νοήσει. Quae sic explet codex Argentoratensis optimus, quem meâ caussâ cum editis ipse contulit vir mihi amicissimus *Schweighaeuserus*: εἰ γὰρ ἅπας νοῦς αἰῶνι (omisso ἐν). *Idem* in Platon. Tim. pag. 75. δευτέρα δὲ (νόησις), ἡ συνάπτουσα τῷ νοητῷ τὸν νοῦν — — ἱνδρύουσα δὲ τὸν νοῦν εἰς τὸ νοητόν, ubi docta manus in margine exempli, quod ego acceptum refero munificentiae viri optimi elegantissimique *van Kampen*, recte correxit ἱνδρύουσα. Constructionem variavit idem Proclus *commentar. mscr. in Platonis Cratyl.* ubi Minerva dicitur inferiora συνάπτειν τοῖς θειοτέροις καὶ ἱνιδρύειν καὶ φρουρεῖν. Cf. Dionysius, qui fertur, Areopagita de divin. nominib. 4. 12. qui, ut in aliis locutionibus, sic in hâc ipsâ Platonicorum vestigia legere assolet.

Pag. 52. p. 16 B. εἰς ὅλον δίδωσι τὸ αὐτό, „se ipsam et idem tradit in totum", *Ficinus*. Legisse videtur in suis codd. ἑαυτὸ καὶ τὸ αὐτό: mei non suffragantur; neque tamen non attendenda ea lectio est, atque ita explicanda: species se ipsam et unum (τὸ ἕν) tradit in totum. Mox in verbis φῶς — — ἡ τέχνη Ficini interpretatio, ut saepius, potest commentarii usum praestare. Ego, tironum caussâ, et hîc et alibi uncinis ea interposui, quae ad graeci textus verba pressius se applicarent.

Pag. 52. p. 16 C. ἀπὸ θείου. „ὑπὸ θείων [Basil.] Cod. Voss. [itemque MarcA. MonC. Vind. vid. var. lect.] ἀπὸ θείου. Sic recte ἀπὸ θείου λόγου. Significat θεῖον λόγον, scilicet τὸν ἐν τῷ ὅλῳ θεόν, Vid. Biblioth. Crit. P. IX. p. 20. adnot. ad Phaedon. p. 228. [ibiq. Heraclit. et Cic. de Nat. D. I. 15.] Sensus est: *pulcrum corpus fit communione rationis a divino numine venientis. D. W.*"

Ego lectionem ἀπὸ θείου λόγου non dubitavi recipere, utpote cum ratione tum codd. aliquot auctoritate firmatam. Apprime congruit *Juncus* ap. Stob. Serm. p. 586. 2. τὸ δὲ ἀληθὲς κάλλος, ὅπερ ἐκ θείας κοινωνίας ἔσχε τὴν ἀποῤῥοὴν καὶ ἦλθεν ἐπί τινας κ. τ. λ. Ad sententiam et verba cf. supra p. 52 A. et p. 556 C. ubi Plotinus ita: — μεθέξει ἄρα φησὶν ὁ λόγος. τί οὖν τὸ ποιῆσαν τὸ σῶμα καλόν; ἄλλως μὲν κάλλους παρουσία, ἄλλως δὲ ψυχή κ. τ. λ. adde p. 714 A. ubi docet, animam, per se ignavam, pulcritudine demum excitari

UNIVERSITY OF MICHIGAN

coelitus quasi effulgente. Horum decretorum fons in Platonici *Phaedonis* loco primario est, cujus etiam verba ex parte retinuit Plotinus. Ita enim Plato p. 100 C. D. p. 70 Wytt p. 192 Heind. exorditur argumentum immortalitatis animorum ductum ex *idearum* doctrinâ: φαίνεται γάρ μοι, εἴτε ἔστιν ἄλλο καλὸν πλὴν αὐτὸ τὸ καλόν, οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο καλὸν εἶναι, ἢ διότι μετέχει ἐκείνου τοῦ καλοῦ. — — — — τοῦτο δὲ — ἔχω παρ' ἐμαυτῷ, ὅτι οὐκ ἄλλο τι ποιεῖ αὐτὸ καλὸν, ἢ ἐκείνου τοῦ καλοῦ εἴτε παρουσία, εἴτε κοινωνία, εἴτε ὅπη δὴ καὶ ὅπως προσγενομένη. Extremis manifesto laborantibus ingeniose sic medetur Wyttenbachius, ut reponat προσαγορευομένη. Heindorfius tamen lacunam subesse suspicatur. Quam ego ex hoc ipso Plotini libro expleri posse arbitror. Etenim is, ubi corpóream pulcritudinem ex pulcritudine mentis repetit, p. 51 F. usurpat: τὸ συγγενὲς ἢ ἴχνος τοῦ συγγενοῦς. item p. 55 C. τοῦ θείου, ὅθεν ἡ πηγὴ τοῦ καλοῦ, καὶ τὰ συγγενῆ πάντα τοιαῦτα. Est autem προσγίγνεσθαι, quo verbo Plato l. l. utitur, usitatum in συγγενείας significatione, vid. Pollux. Onomast. VIII. 6. p. 6. p. 269 Hemsterh [6]. Quod si igitur posueris, hoc ipsum substantivum absorp-

6) Qui de ejusmodi vocabulorum vi plura edoceri velit, consulat *Christ. Carol. Bunsenii* Philos. D. viri elegantissimi, doctissimam Disquisitionem philol. *de Jure Hereditario Atheniensium*, Goettingae 1813. p. 6 seqq. Quam commenta-

tum fuisse a praecedente participio, haud ita dissimili literarum ductu, rescripserisque: εἴτε ὂντι δὴ καὶ ὄντως ΠΡΟΣΓΕΝΟΜΕΝΗ ΞΤΙΤΕΝΕΜ: plene et per gradus sic procedet sententia: „a me hoc teneo, nihil aliud esse, quod illud (singulare pulcrum) faciat pulcrum, quam ipsius pulcri sive *praesentiam*, sive *communionem*, sive qualicunque ratione ac modo *cognationem*.“ Caeterum ad loci Plotiniani argumentum Phaedoni junge *Parmenidem* p. 134 C. p. 212 Heind.

Cap. III. *Argumentum Ficini.* „Pulchritudo in corporibus est expressior ideae similitudo: ac si subtrahatur materia, est ipsa idea. Item pulchritudo cujuslibet speciei judicatur ab animo per insitam sibi formulam ipsius ideae, ad quam est species instituta.“

„Quisnam pulcher homo? aut leo pulcher? aut pulcher equus? Certe qui praecipue ita formatus, ita natus est, ut et divina mens instituit per ipsius ideam, et natura inde universalis seminaria virtute concepit. Jam vero illius ideae formulam anima nostra in mente habet ingenitam: habet et in naturâ propriâ seminalem similiter rationem. Igitur naturali quodam judicio de homine, vel leone, vel equo caeterisque judi-

tionem, dignissimam praemio, quod ei impertiit Philosophorum Goettingensium Ordo, laetus equidem accipio tanquam sponsionem aliorum operum, quibus Bunsenius veterum populorum leges illustrabit.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

care solet, hunc quidem pulchrum non esse, illum vero pulchrum: quia videlicet hic prorsus a formulâ et ratione dissentit, ille vero consentit; atque inter pulchros, hunc illo pulchriorem esse, quia hic cum formulâ rationeque magis quam ille consentit. Et profecto, cum naturale subitumque de his judicium nequeat commodius expediri, quam per formulas rationesque nobis innatas: probabile est, divinam providentiam omnia quam optime disponentem, ejusmodi nobis ab initio quasi characteres impressisse. Dum vero de pulchritudine judicamus, id prae caeteris pulcherrimum approbamus, quod animatum est atque rationale, atque ita formatum, ut et per animum satisfaciat formulae pulchritudinis, quam habemus in mente, et per corpus rationi pulchritudinis seminali respondeat, quam in naturâ secundâque animâ possidemus. Forma vero in corpore formoso ita suae similis est ideae, sicut et figura aedificii in materiâ similis exemplari in architecti mente, et oratio in voce orationi quae est in animo similis. Itaque si homini materiam quidem detraxeris, formam vero reliqueris, haec ipsa, quae tibi reliqua est forma, illa ipsa est idea, ad quam est homo formatus. Sicut si vel aedificio materiam suam sustuleris, interim figurâ relictâ: vel si orationi aërem fractum demseris, significatione servatâ: certe et ibi figura restans nihil aliud est, quam exemplar ipsum in architecto consistens, et hîc conservata significatio nihil aliud, quam loquentis ipsius excogitatio. Unde qui significationem ejus-

modi colligit, mentem loquentis habere dicitur, atque commentari. Itaque et nos debemus in rebus pulchris materiam quidem posthabere: formas vero seligentes et ordinem, ideas in his rerum auspicari: et artem mentemque commentari divinam. Existimat autem [Plotinus] pulchritudinem corporis ex formis compositi in eo consistere, ut et singulae in eo formae informitatem materiae superent, et forma communis omnino formas singulas antecellat: corporis vero simplicis pulchritudinem, in quo unica substantialis forma est actu, ut auri, vel argenti, similumque, in maximâ luminis portione sitam esse. Lumen profecto esse vult [Plotinus] ignis, id est, coeli formam, quae sit imago quaedam vitae; adeo, ut quod in coelesti vitâ intellectuale inest, sit in coelesti corpore luminosum. Item lumen sub lunâ esse formae, id est, luminis coelestis actum, et, ut ita loquar, imaginem. Unde patet, quanta sit coeli virtus, cum formas ipsius imago res omnes apud nos efficiat et conservet. Ignem quoque sub lunâ esse igneum vel ignitum corpus potius quam purum ignem existimat. Verumtamen quia coelo similius est, existere lucidum, et quasi formam corporum aliorum, incorporeisque propinquum, ideoque pulcherrimum, ejusque participatione caetera pulcherrima fieri, praesertim quae lumen inde reportant. Talia vero sunt quae vel minimum terrae habent, vel naturam maxime temperatam. Quod enim vel maxime terrenum est, vel minime temperatum, quasi a coelo longe diversum, ineptissimum est ad lumen lucidumque

UNIVERSITY OF MICHIGAN

colorem quasi coeleste aliquid capiendum. Quod autem in corporibus quae pulchra videntur dictum est, similiter se habet in his quae audiuntur, ut pulchra sive sit una vox sive grata quaedam compositio vocum. Et sicut formae visibilis pulchritudo ab ideali et seminariâ ipsius ratione procedit, sic vocis concentusque pulchritudo tum ab ipso spiritu, tum ab harmonicâ mentis conceptione perficitur. Et ubique formositas est imperium formae super subjectum: formaque corporea a formâ incorporeâ proficiscitur." *Ficinus.*

Pag. 52. p. 18 C. ἡ ἐπ' αὐτὸ ὂν τεταγμένη. Al. ἐπ' αὐτῷ vid. var. lect. Utrumque linguae legibus consentaneum. Polyb. V. 63. 4. οἱ ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ταχθέντες „quibus hoc negotium mandatum". Utriusque casus exempla alia suppeditabit Lexic. Polyb. p. 613.

Pag. 52. p. 18 C. D. ἧς οὐδὲν κυριώτερον εἰς κρίσιν τῶν ἑαυτῆς, ὅταν καὶ ἡ ἄλλη συνεπικρίνῃ ψυχή. „Ficin. *alia:* verte *reliqua.* Sic differunt ἄλλα *alia* et τὰ ἄλλα *reliqua.* Adnotat. ad Select. Historicc. princc. p. 342. Contrarium est in amore οὐ πάσῃ δεδογμένα τῇ διανοίᾳ πράττειν ap. Platon. in Phaedro p. 349 A. [p. 256 C. Steph. p. 282 Heindorf.] unde Synes. Regno p. 10 C. D. Ep. 57. p. 200 C. *D. W.*"

Universe ad hunc Plotini locum tenendus est locus Platonis in Gorg. p. 465. p. 63 Heind. de animâ vere judicante, ubi vid. Scholiast. p. 107 Ruhn-

ken. ψυχὴ γὰρ τὸ κρῖνον κ. τ. λ. Ad *judicium pulcri* a solâ mente faciendum pertinet egregie locus Euripideus ap. Clement. Alex. Strom. p. 621. quem expediit Valckenaerius ad Phoeniss. p. 209 et iterato studio in Diatrib. Euripid. p. 244 seq. quae adhortatio sic finitur:

Οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστι, ἀλλὰ νοῦς (γόναι).

Diversum quodammodo de pulcritudine judicium est Luciani, sive quisquis ejus opusculi auctor est, in Charidemo p. 285 B. — ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων ὑπερέχει τὸ κάλλος παρ' ἀθανάτοις κριταῖς. Quae cum *verbis* certe Plotinianis conferri possunt, cum *argumento* congruit Augustinus de verâ Relig. cap. 38. quem locum continuo infra exhibebimus: ad universam philosophi *sententiam* consulendum est *Ficini Argumentum*, quod proxime praemisimus.

Pag. 52. p. 18 D. τάχα δὲ καὶ αὐτὴ λέγει. (Al. λέγῃ al. λέγοι vid. var. lect.) Ficinus legisse videtur αὐτή, recte. „*Fortasse vera et ipsa pronuntiat.* Duae sunt viae cognoscendi pulcri: altera subita *per ipsum sensum pulcri*, ἡ ἐκ' αὐτῷ δύναμις τεταγμένη: altera sensim procedens per judicium et comparationem pulcrae alicujus rei externae cum interno exemplo pulcritudinis. *D. W.*"

Pag. 52. p. 18 D. συναρμόττ. — χρωμένη. De lacunâ quae h. l. plurr. codd. occupat, vid. var. lect. Ad sequentia ὥςπερ κανόνι τοῦ ὀρθοῦ cf.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ipsum nostrum p. 416 D. ὁ γὰρ κανὼν τὸ εὐθὺ τὸ ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ ἐν τῷ ξύλῳ συναψάμενος ἐν τῷ μεταξὺ τεθείς, τὸ κρίνειν τῷ τέχνιτῃ τὸ τεχνητὸν ἔδακεν. Ita hic locus corruptissimus emendandus est, partim ex codicum vestigiis, caeterum totus conferendus cum nostro.

P. 52. p. 18 D. πῶς — τῷ πρὸ τοῦ σώματος; πῶς δὲ τὴν ἔξω οἰκίαν τῷ ἔνδον οἰκίας εἴδει ὁ οἰκοδομικὸς συναρμόσας — λέγει; Plurr. codd. non agnoscunt τοῦ, vid. var. lect. Mox ed. Basil. vitium οἰκείας emendavi ex libris meis et Ficino. Illud ab editoribus correctum per monumenta veterum tamen hinc inde residuum est, ut in ipsâ editione Galeni Charterianâ de Hippocr. et Platon. placit. Tom. V. p. 269. ubi legendum: τῆς νεὼς, ἢ τῆς οἰκίας. — Vox οἰκοδομικός artis domos aedificandi peritus legitur in Aeschinis Socratici, qui fertur Dial. II. p. 94 Fisch. Cujusmodi locos respicere videntur Graecorum grammatici, cum alterum illud οἰκοδόμος, ut minus probum, ejiciunt. Utrumque laudat Pollux VII. 117. p. 772 Hemsterh. Et dudum explosum illud commentum est ab Henr. Steph. in Thes. II. p. 1203. adde Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 645. Atque ex uno Xenophonte hujus vocis plura exempla suppeditabit Sturzius Lex. Xenoph. III. 253. Neque Plato ipse non agnoscit, v. c. Alcib. I. p. 107 A. p. 120 Buttm. Quod Thomas l. l. pro οἰκοδόμος usurpandum praecipit τέκτων: hoc rursus ejicit nuper editus Atticista anonym. ap. Villois. Anecd. gr. II. p. 82. qui

elegantius esse pronuntiat τεκτονικός. Adeo sibi constat istiusmodi natio Graeculorum. Sunt autem diversi τέκτονες sive οἰκοδόμοι architecti et λιθολόγοι fabri caementarii, vid. Ruhnk. ad Tim. p. 174 seq. ibiq. laud. Valckenaer. Annott. in Nov. Foed. p. 379 seq. quem adhibitum vellem a Sturzio l. l. et p. 38 in λιθολόγος. Plura hujus generis vocabula τέκτων, λαξόος, οἰκοδόμος, alia jungit item in similitudine domus usurpandâ Joh. Philoponus in Aristotel. Analyt. prior. fol. 4. b. ed. Venet. 1536.

Sed ut a vocabulis ad sententiam transeamus: componendus nostro cum loco hic alter est de *intelligib. pulcritud.* p. 542 A. B. ubi Plotinus docet „materiae nullam esse speciem s. ideam (εἶδος), sed hanc ei tradi ab artifice, qui eandem habeat ab arte ipsâ; unde artifex eandem exprimat in materiâ, non quantum ipse velit, sed quatenus materia pareat.“ Additur exemplum marmoris, quod statuarius in speciem signi effingat. *Aristoteles*, in quaestione an sint ideae, Metaphys. II. 4. p. 41 Sylb. — εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἀνάγκη τι εἶναι παρὰ τὸ σύνολον τὴν μορφὴν καὶ τὸ εἶδος. εἰ δ' αὖθις τοῦτο θήσει, ἀπορία ἐπὶ τίνων τε θήσει τοῦτο, καὶ ἐπὶ τίνων οὔ. ὅτι μὲν γὰρ ἐπὶ πάντων οὐχ οἷόν τε, φανερόν· οὐ γὰρ ἂν θείημεν εἶναί τινα οἰκίαν, παρὰ τὰς τινὰς οἰκίας κ. τ. λ. Haec illustrat *Syrianus* in Aristotelis Metaphys. p. 6. a. b. Venet. „naturâ tamen constantium substantiarum, et per universum existentium, esse *fabricatorias species*, *quemadmodum artificialium in ipsâ arte*, *sed eorum quidem*, *quae secundum artem*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

sunt; etiam ipse (Aristoteles) concedit. *Multis enim in locis ex immateriali domo materialem dicit perfici*: quemadmodum in sexto dictum est hujus negotii: exemplari vero ipsarum artium, toti dico creationi specificae distinctionis, minime dat manus; etsi quomodo naturam imitata hoc solum pacto faceret, nisi multo prius hoc modo natura ipsa operaretur?" Ad illa Aristotelis verba revertitur Syrianus ibid. fol. 29. b. citans Platonis *Parmenidem* Jamblichique commentarium in eum et vero ipsum Plotinum in libro *de intellectu et specie et de ente* (Tu vide Enead. V. lib. 9. p. 559 seqq.) Atque Platonis Aristotelisque disputationes *de ideis* pro fontibus sunt habendae horum Plotini locorum adeoque hujus ipsius similitudinis *aedium*. Quae quidem posterioribus etiam Plotino scriptoribus placuit, *Philoponi* locum supra attigi: nunc aliorum unum alterumque subjiciam: *Augustinus* de unitate disputans nonnisi in intellectu conspicuâ (de verâ Relig. cap. 38. p. 768 seq.): „Sed multis, inquit, finis est humana delectatio, nec volunt tendere ad superiora, ut judicent cur ista visibilia placeant. Itaque si quaeram ab *artifice*, uno arcu constructo, cur altèrum parem contra in alterâ parte moliatur? respondebit, credo, ut paria paribus *aedificii* membra respondeant. Porro si pergam quaerere, id ipsum cur eligat, dicet hoc decere, *hoc esse pulcrum*, hoc delectare cernentes: nihil audebit amplius. Inclinatus enim recumbit oculis, et unde pendeat non intelligit. At ego virum *intrinsecus oculatum et invisibiliter videntem* non desinam

commonere, cur ista placeant, ut *judex* esse audeat ipsius delectationis humanae" — et sat multis interjectis: „unde illam nosti unitatem, secundum quam judicas corpora, quam nisi videres, judicare non posses, quod eam non impleant: si autem his corporeis oculis eam videres, non vere diceres, quamquam ejus vestigio teneantur, longe tamen ab eâ distare; *nam istis oculis nonnisi corporalia vides. Mente igitur eam videmus* cet." nam totus locus comparandus est cum Plotiniano. *Hermias* autem, ut saepius, sic h. l. Plotini vestigia legit. Ita enim ille ad Platonis Phaedr. pag. 109. ἔστι δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν μερῶν ὅλον, ὥςπερ ὁ κόσμος ὁ αἰσθητὸς ἐκ πάντων ἐστὶ τῶν μερῶν αὐτοῦ. ἔστι δὲ τὸ ὅλον τὸ πρὸ τῶν μερῶν, ὡς τὸ ἐν φύσει ἢ τῇ ψυχῇ τῇ ὅλῃ ἢ τῷ νῷ εἶδος τοῦ κόσμου, ὡς ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ τεχνίτου τὸ εἶδος τῆς οἰκίας, ubi cod. Monac. pariter atque in Plotino libri alii, vitiosum istud *oikeías* exhibuerat. Fragmentum *Grammatici mscr.* ῥυθμός ἐστι ποιὸς (ἐστιν ὁ ποιὸς Scholiast mscr. Hermogen. ap. Bast. in Comm. palaeogr. ad calc. Gregor. p. 813.) ἦχος τοῦ λόγου ὑπὸ συνθήκης καὶ ἀναπαύσεως συνιστάμενος, ἄλλό τι ὢν περὶ (leg. παρὰ e seqq.) ταῦτα· ὥςπερ οἰκοδομίας ἐκ ξύλων ἢ λίθων συντεθείσης ἄλλό τι παρὰ ταῦτα τὸ εἶδος γίνεται. Illa de rhythmo descripta sunt ex Hermogene περὶ id. I. 3. p. 265 Laur.

Pag. 52. p. 20 E. κρατῆσαν — συγκροτῆσαν, „deterius *D. W.*"

συνδεδέμενον καὶ κρατοῦσαν. Sic Basil. nec aliter Ficinus. Al. συγκρανῆσαν, al. συγκρατῆσαν, vid. var. lect. Et revera συγκροτεῖν Platoni Platonicisque cognitum. Ille in Cratylo p. 421 A. p. 125 Heind. hoc verbum usurpat de conflandis in unum vocabulum literis: Polybius I. 61. 3. de concentu remorum ad numerum agitatorum, ubi vid. Interpretl. Julian. Caes. p. 308 D. Spanh. συγκροτεῖσθαι σωμάτιον. Plura dabunt Scholiast. ad Luciani Conviv. p. 61 Bip. *idem* ad Lucian. Phalar. p. 43 Reitz. ibid. et ad gymnas. p. 490. Dorvill. ad Chariton. p. 251 Lips. Musgrav. ad Euripid. Androm. 495. Leisner. et Irmisch. ad Herodian. V. 6. 14. p. 192. Ernest. Lex. Technol. Graec. Rhetor. p. 322. Sturz. Lex. Xenoph. IV. p. 122 seq. Unde hoc apparet, sive a fabrorum incudem pulsantium, sive manus complodentium choragorum, sive denique a remigantium numeroso sono repetas vocabulum, inesse eidem vim *componendi ad efficiendum concentum.* Sic Joh. Chrysostomus T. IV. p. 31 A. συνέχειν καὶ συγκροτεῖν τὴν ζωήν, cf. Matthaei ad ejusd. Homil. II. 2. p. 79. qui Patrum eccles. locos plures dabit. Quae omnia nemo non videt quantopere ad nostrum locum faciant. Atque frequentissima per veteres libros confusio verborum συγκρατεῖν et συγκροτεῖν, hoc autem exquisitioris adeoque Platonici usus est. Jam adspice mihi illa quae sunt in apodosi: σόφρονον καὶ συναρμόττον καὶ φίλον. Quid igitur? nonne in protasi etiam tertium vocabulum exciderit? et scripseritne philosophus συνδησάμενον

καὶ συγκροτῆσαν καὶ κρατῆσαν? Sic nascatur elegans gradatio: *colligans* (i. e. extrinsecus copulans); *conflans* (coalescere penitus efficiens) et *subigens* adversariam sibi naturam. Sic item terna ternis aptissime reddantur: συνδ. συγκροτ. κρατ. et σύμφων. συναρμ. φίλ. Caeterum ad συν δησ. et συγκροτ. ex sequentibus genitivus adsciscendum esse accusativum, non est quod operose doceam. Addam binos locos, ubi idem verbum obliteratum videri possit. *Marcus Antonin.* de reb. suis lib. V. §. 1. οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια, τὰ σπόρια θάρια, τοὺς μύρμηκας, τὰς ἀράχνας, τὰς μελίσσας; τὸν καθ' αὑτὰς συγκοσμούσας κόσμον; Codex *mscr.* nondum collatus: συγκροτούσας κόσμον. Aptissime, siquidem frequentissimum veteribus: συγκροτεῖν στόλον, γυμνάσιον aliaque similia, licet alterum illud satis commode explicarit Gatackerus. Reliqua, quae inserendâ particulâ δὲ idem fulcire volebat (σὺ δ' οὐ θέλ.) optime sic explet idem cod. ἔπειτα σὺ οὐ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; Alter locus, haud ita dissimilis nostro, *Himerii* est Orat. 21. 10. p. 746. Fingitur ibi Natura parens ab initio hominum caeterorumque animantium vultum ad unam speciem conformasse. Quam rem cum vidisset Jupiter, Prometheum Epimetheumque misit, qui confusa reformarent. Atque illi praediti ab Jove sapientiâ: οὕτω τὸ εἶδος ἐποίκιλλον τὸ τῆς φύσεως ἐν τούτῳ τῷ πολυτρόπῳ τῆς θέας μεταρρυθμίζοντες. Ἐκεῖθεν λόγος μὲν ἄνθρωπον, τῶν δὲ ἄλλων ζώων ἕκαστον αἱ λοιπαὶ δυνάμεις κατὰ τὸ πρόσφορον, σύγκρατον ἤδη τὸ τῆς φύσεως κάλ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

λος τῇ παλυμορφίᾳ τῶν γεννηθέντων ἐδημιούργη σαν. Leg. σύγκροτον vel potius συγκροτοῦν „consonum formarum varietate.“

Pag. 52. p. 20 E. συνελοῦσα. Sic dedi ex codd. et marg. Basil. pro συνελθοῦσα, atque illud in Leid. etiam obvium *rectius* judicaverat *D. W.*

Pag. 52. p. 20 E. ἀνήνεγκέ τε καὶ εἰς ἦγαγεν κ. τ. λ. Ficinus aliter quodammodo legisse videtur. Habet autem h. l. ἀναφέρειν vim referendi ad *nobilius*, s. provehendi ad altius, quae eidem saepius adjungitur, vid. Schweighaeus. Lex. Polyb. p. 42 seq. Zonar. Lex. gr. p. 207. ἀναφέρων· ὑψῶν, neque tamen non de rebus etiam humilibus ac vanis usurpatum videas. Cf. Suid. I. pag. 201 Kust. in ἀνέφερεν.

Pag. 52. p. 20 E. οἷα ἀνδρὶ ἀγαθῷ προσηνὲς — — ἐν νέῳ. Edit. Florent. princ. ita distinguit: „Quemadmodum probo viro virtutis indoles apparens: in juvene jucunda contingit: propterea quod cet.“ Ego post προσηνὲς intellexerim ἐστὶ et junxerim ἐπιφαιν. ἐν νέῳ: „Quemadmodum probo viro jucundum (sic leg. in lat. interpret.) est apparens in juvene virtutis vestigium.“ Istud προσυνὲς in ed. Basil. pertinet ad frequentem confusionem literarum υ et η, ejusmodi exempla supra, *Praeparat.* XXXIX seq. protulimus in medium; atque idem mendum, quod ibi Proclo abstersimus, residuum in Dionysio Areop. de divin. nominib. 8. 5.

p. 776 Plantin. est, ubi item legitur: εὐθυμοσύνας, licet praecedat τάξεις et Maximus in Scholiis (pag. 785.) recte exhibeat: εὐθημοσύνας. Sic in Jamblicho de Myster. VII. 5. Cod. Leid. habet συνονωμένα mendose pro συνηνωμένα. Ad vocem προσηνές Hesych. H. p. 1045. ita: καλὸν, ἡδὺ, ἐπιεικὲς ἀγαθὸν, πρᾶον, χρηστόν. Sic Hippocrates de rat. vict. in morb. p. 43. de cibo *viscoso* et ad sumendum facili usurpavit. Cf. Foësium Oecon. Hippocr. pag. 322. Illud χρηστόν, utile, referendum ad Herodoti locum II. 94. De voluptatum blandimentis usurpat Epictet. Enchirid. 34. p. 46 Schweighaeus. Nostro loco congruit illud καλόν et ἡδύ: *erfreulich*. Adverbium προσηνῶς de calore est apud Nostrum pag. 101 G. Porphyrius in Schol. Marc. ad Iliad. I. 106 κρήγυον explicat προσηνές, idemque dicit esse quod θυμῆρες. Joh. Chrysost. de Sacerdot. III. 16. sect. 292. opponit inter se καὶ φοβερὸν καὶ προσηνῆ, rigidum et indulgentem. Etymol. magn. et Eustath. ab ἠύς, *bonus*, *pulcer*, ductum tradunt: *Orion Theb. Etymol. mscr.* epit. sic explicat: ὁ ἐγγὺς ὢν τοῦ αἰνεῖσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ τυγχάνων. De quâ opinione ipse viderit: sed Zonarae tamen locus inde potest emendari. Ita enim ille in Lex. graec. I. p. 223. ἀπηνής· σκληρὸς, ὠμός· ἀπὸ τοῦ [μὴ] αἰνεῖσθαι καὶ ἐπαινεῖσθαι. Cod. D. K. παρὰ τὸ ἀπὸ τοῦ. Repone ex Orione: ὠμὸς ὁ ἀποθεν τοῦ αἰνεῖσθαι κ. ἐπ. Eodem ducunt Etymolog. magn. et Suidas, quod Tittmannum fugisse miror.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 52. p. 20 F. seq. τὸ δὲ τῆς χρόας κάλλος ἁπλοῦν κ. τ. λ. Venit Plotinus ad *simplicem pulcritudinem* explicandam igiturque ad *colorem*, *lucem*, *ignem*; vid. *Ficini Argumentum*; qui philosophi nostri sententiam commode explicavit. Est autem classicus hic locus, et qui multorum lectorum animos adverterit, ut vel signa arguunt, in codicum marginibus adscripta. Quo magis vellem exactum esse a *Goethio*, viro summo, qui nuper admodum libro vernaculo *colorum scientiam* subtiliter explicavit, et philosophorum etiam aliquot veterum placita attigit. Nobis hoc restat, ut Plotinianae doctrinae fontes sectemur insignioresque imitationes commonstremus. Videamus primum de nostri philosophi aliis quibusdam locis, quae ad h. l. faciant. Primarius est in libro *de coelo* p. 100 seqq. ubi de ratione exponit, quae ignem inter et terram atque aquam intercedat, itemque docet εἶδος ignis esse lucem; lucem autem esse duplicem, alteram corpoream, incorpoream alteram. P. 101 G. seq. τοῦτο δὲ τὸ φῶς σῶμα εἶναι· ἀποστίλβειν (ἀποστίλβον Ciz.) δὲ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ὁμώνυμον αὐτῷ (αὐτοῦ Ciz. Darmst.) φῶς, ὃ δὴ φαμὲν καὶ ἀσώματον εἶναι· τοῦτο δὲ ἀπ' ἐκείνου τοῦ φωτὸς παρέχεσθαι ἐκλάμπον ὥςπερ ἄνθος ἐκείνου καὶ στιλβανότητα· (vox nihili, leg. ex codd. aliquot: στιλπνότητα) ὃ δὴ καὶ εἶναι τὸ ὄντως (leg. ὄντως ex codd.) λευκὸν σῶμα. Explicatur Platonica sententia de sole. cf. Spanhem. ad Julian. Caes. p. 16. qui illud λευκ. σῶμ. explicat nec Plotini oblitus. Admonent haec item Enniani illius

ap. Ciceron. de Nat. Deor. II. 2. 25. III. 4. „sublime *candens*." Adde de luce igneque tanquam *deo* Jamblich. Myster. p. 45. ibiq. Gal. p. 209. 224. Plotiniano autem loco, qui ad l. nostrum magnopere facit, junge ex ipsis Enneadibus hos p. 711. cap. 18. A. et p. 166 A.

Venio ad fontes, unde noster locus potissimum manavit. Jam primum de ignis naturâ praestantiâque *Platonis* loci sunt plures in Timaeo, ut pag. 1065 seqq. p. 1078 seq. Francof. p. 31 b. Steph. p. 307 Bip. cui adhibe Proclum in Tim. p. 141 seq. philosophorum de igne placita exponentem; adde Gosthium in doctrin. de colorib. II. p. 107 seqq. qui philosophorum veterum de coloribus placita copiosius recenset, et Schneideri Eclogg. phys. p. 235 seqq. Neque enim nostrum est haec omnia universe complecti: proferenda in medium sunt, quae Plotiniana cum verba tum decreta illustrent. Ad ea facit Platonis locus alter in Philebo p. 29 c. p. 245 Bip. unde hoc teneas: — τὸ δὲ ἐν τῷ παντὶ (πῦρ) πλῆθός τε θαυμαστὸν καὶ κάλλος καὶ πᾶσαν δυνάμει κ. τ. λ. Ex *Aristotele* item nonnulla advocari ad Plotinianam sententiam debent, v. c. quae de ignis, lucis colorisque necessitudine caussisque itemque de sono disputantur de *Animâ* II. 36. et III; de *Sensu* et *Sensibil.* cap. 3. p. 7 Sylb. Ex illis locis, de animâ, teneamus hoc, quod Aristoteles colores tradiderat a luce, quodammodo effici actu (ἐνεργείᾳ) qui antea jam fuerint potentiâ (δυνάμει). Quam in rem multa dis-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

putat Joh. Philoponus fol. 9. 7. quae explicare longum est, nec hujus loci.

Jam sigillatim exponamus de hoc Plotini loco: Pag. 52. p. 20 F. τῆς χρόας κάλλος. Cod. Vatic. χρείας. Voluit χροίας, debuit χροιᾶς. De accentu hujus vocis similiumque vid. Bast. et Schaefer. Append. ad epist. crit. p. 31. et ad Gregor. Corinth. p. 221. Ejusmodi mendum occupaverat egregium excerptum *Caesiae Monac. cod. mscr.* ubi de Martianorum τὴν χροὰν ἀμυδρόν, ubi *Werferus*, qui mihi descripserat, recte correxit χρόαν. Atque sic in Excerptis gramm. mscrr. quae penes me sunt: χρόα δὲ καὶ χροιὰ κ. τ. λ. Quam regulam in seqq. Plotini constanter servant codd. mei omnes.

Pag. 52. p. 20 F. — τοῦ ἐν ὕλῃ σκοτεινοῦ — φωτός. Haec et proxime sequentia illustrantur iis, quae Plotinus p. 166 seq. de *materiâ* disputat; quam ut cujusvis qualitatis expertem (nam Platonicis Stoicisque ἄποιος ὕλη. Vid. Lennep. ad Phalarid. p. 149.) dicit, ita etiam coloris: — οὔτε γὰρ ὄμμασιν (αἰσθητὴ ὕλη) ἄχρους γάρ. cf. Proclum in Tim. p. 141. ubi et alia et hoc: πάντα γὰρ τὰ χρώματα ἔγγονά (leg. ἔκγονά) ἐστι φωτός.

Pag. 52. p. 22 F. ἀσωμάτου καὶ λόγου — ὄντος. Vid. Plotin. p. 101 seq. loco supra laud. add. p. 704 A. ubi, ut h. l. lucem, sic ignem esse dicit ζωὴν καὶ λόγον animâque praeditum. Adde locos consimiles Philonis de vit. Mosis p. 675 seq. Dionys. Areopag. de coelest. Hierarch. p. 193 seq.

unde infra pauca excerpta dabimus, et Augustin. Confess. X. 51. p. 188 Paris. „Ipsa enim *regina colorum lux* cuncta ista profundit" et quae ibidem plura leguntur.

Pag. 52. p. 22 F. — τὸ πῦρ — τάξιν εἴδους πρὸς τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἔχει. Inde rerum originem ex igne ducebant Heraclitus Hippasusque Metapontinus, vid. Platonis Cratyl. p. 413 C. p. 100 Heind. hujusque not. De Heracliteo placito plura dedi in Dionyso I. p. 77 seqq. Ejus sectatores fuerunt hâc in re Stoici ipseque Chrysippus, cujus hic locus, ap. Stob. Eclogg. physic. I. p. 312 Heer. potissimum huc revocari debet: τὸ δὲ πῦρ κατ' ἐξοχὴν στοιχεῖον λέγεσθαι διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ πρῶτον τὰ λοιπὰ συνίστασθαι κατὰ μεταβολήν, καὶ εἰς αὐτὸ ἔσχατον πάντα χεόμενα διαλύεσθαι· τοῦτο δὲ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὴν εἰς ἄλλα (fort. εἰς τὰ ἄλλα) χύσιν καὶ ἀνάλυσιν. Cf. ibid. pag. 314.

Pag. 52. p. 22 F. ἄνω μὲν τῇ θέσει (φύσει Vind. male). Congruum Pythagorae et Empedoclis placitis: Proclus in Tim. p. 141. ὅτι τὸν ὀφθαλμὸν ἀνάλογον εἶναι τῷ πυρὶ δείκνυσιν ὁ Πυθαγόρας ἐν τῷ πρὸς Ἄβαρον (leg. Ἄβαριν) λόγῳ· καὶ γὰρ ἀνωτάτω τῶν αἰσθητηρίων ἐστὶν, ὡς τὸ πῦρ τῶν στοιχείων, in quam sententiam plura disputat Proclus ibid. pag. 278 seq. Adde Aristotel. Topic. V. p. 359 Sylb. et Synesium de insomn. p. 112. ibiq. Scholiast. De Empedocle vid. Euseb. P.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

E. I. 8. pag. 24. Eustath. ad Odyss. I. pag. 1419. *ἀνοπαία — δοκεῖ τισι ἀντὶ τοῦ ἀνωφερὴς εἶναι, ὡρμημένοις ἐκ τῶν Ἐμπεδοκλέους, εἰπόντος ἐπὶ πυρὸς τὸ, καρπαλίμως ἀνόπαιον.* Cf. Sturzii Empedocl. p. 307. Eustathius autem suae doctrinae partim desumsit ex *Herodiani* libro *περὶ σχηματισμ. Ὁμηρικῶν mscr.* ubi ita: *ἀνόπεα* (leg. *ἀνόπαια* ex Homeri Odyss. I. vs. 320.) *οἱ μὲν ἀφανῆ· τινὲς δὲ τὸ ἄνω φέρεσθαι· Ἐμπεδοκλῆς, καρπαλίμως δὲ ἀνόπεαν* (leg. *δ' ἀνόπαιον*) *ἐπὶ τοῦ πυρός.* Sequuntur etymologiae de *ὀπῆ*, i. e. *κάπνῃ*, de *ὀπῇ*, vel ave singulari vel communi avium nomine, quas alii excerpserunt Grammatici. Nos hoc teneamus, solutae orationis scriptores illam ignis sublime tendendi vim declarasse per adjectivum *ἀνωφερές*, quam eandem poetae, qualis Empedocles etiam fuit, per *ἀνόπαιον*. Illud usurpare de igne proprie solent doctiores: Achilles Tatius Isagog. in Arati Phaenom. p. 126 seq. ubi superioris loci, quem ignis occupat, caussas experimentis comprobat: *ὅτι δὲ πῦρ καὶ ἀὴρ κουφότατα καὶ ἀνωφερῆ δῆλον κ. τ. λ.* Dionys. Areopag. l. l. *πῦρ — ἀνωφόρον.* Gregorius Thessalonic. in. Theophane (Matthaei Lectt. Mosqq. II. p. 23.) *κἀπὶ τοῦ πυρὸς δὲ φαίη τις ἄν, φύσιν ἴχειν* (fort. delendum *ἴχειν*) *ἀνωφερὲς εἶναι κ. τ. λ.*

Pag. 52. p. 22 F. *λεπτότατον — σωμάτων.* Vid. proxime laudd. Adde Aristotel. Topic. lib. V. p. 342. 1. seq. Sylb. ubi, in exemplis, item de igne: *λεπτότατον τῶν σωμάτων.*

Pag. 52. p. 22 G. οὐκ εἰσδεχόμενον τὰ ἄλλα, τὰ δὲ ἄλλα δέχεται αὐτά. Vide *Chrysippum* ap. Stob. l. l. Haec eadem aliis ex parte verbis affert Dionysius, qui fertur, Areopagita de coelesti Hierarch. cap. 15. p. 193. seq. Plantin. — τὸ γὰρ αἰσθητὸν πᾶν ἐστὶ μὲν, ὡς εἰπεῖν, ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων φοιτᾷ κ. τ. λ. E sequentibus tenenda sunt maxime haec: ἀλλοιωτικὸν, (scil. ἐστὶ τὸ πῦρ) μεταδοτικὸν ἑαυτοῦ πᾶσι τοῖς ὁπωσοῦν πλησιάζουσιν· ἀναγωγικὸν τῇ ζωοπύρῳ θερμότητι, φωτιστικὸν ταῖς ἀπεριχαλύπτοις ἰλλάμψεσιν, ἀκρᾶτητον, ἀμιγὲς, διακριτικὸν, ἀναλλοίωτον κ. τ. λ. Quid quaeris? Perlustra integrum locum, et agnosce Areopagiticum parietem Plotinianis incrustatum tessellis! Michael Psellus de omnifar. doctrin. §. 60. p. 114. Καὶ τοῖς μὲν (τῶν φιλοσόφων) ἔδοξεν ἀρχὴ τὸ πῦρ (vid. supra) διὰ τὴν δύναμιν καὶ τὸ καταναλίσκειν πάντα εἰς αὐτό (leg. αὐτό).

Pag. 52. p. 22 G. θερμαίνεται — ἐκεῖνα, οὐ ψύχεται δὲ τοῦτο. De ratione calorem inter ignemque intercedente haec Plotinus habet in libro de *animae immortal.* p. 465. „Negant, cum ignis calore comparari posse animae vitam — οὐκ ἐπιδεκτικὸν γε οὖσαν, οὐδ' αὖ (ἂν Cod. Vat.) οὕτως ἔχουσαν, ὡς τὸ πυρὶ ἡ θερμότης πάρεστι· λέγω δὲ, οὐχ ὡς ἐπακτὸν ἡ θερμότης τῷ πυρὶ, ἀλλ' ὅτι εἰ καὶ μὴ τῷ πυρὶ ἀλλὰ τῇ ὑποκειμένῃ τῷ πυρὶ ὕλῃ· ταύτῃ γὰρ διαλύεται τὸ πῦρ· ἡ δὲ ψυχὴ κ. τ. λ. Unde satis intelligitur quo sensu nostro loco

UNIVERSITY OF MICHIGAN

philosophus ignem calefacere dicat: refrigescere neget. Illâ tamen comparatione utitur Anonym. in Ἀντιθετικῷ mscr. adv. Platon. et Plotin. *ἀμφὶ γὰρ ἐνέργειαί τινες οὐσιώδεις ψυχῆς καὶ ὁμοίως ἔχουσαι, ζῆν δήπου καὶ νοεῖν, ὡς καὶ τοῦ πυρὸς τὸ φλέγειν ὁμοῦ καὶ τὸ φωτίζειν, καὶ οὐδὲν τούτων ἀπόλλυσι πῦρ δήπου μένον.*

Pag. 52. p. 22 G. *κέχρωσται.* Basil. et marg. Vatic. *κέχρωται*, nam reliqua nil moror. vid. var. lect. Cf. Henr. Steph. Thes. IV. p. 632. Illam formam *κέχρωσται* agnoscunt in alio loco Plotini p. 715. cap. 22. mei codd. plurr. Sic item Hermias in Plat. Phaedr. p. 141. *τὸ δὲ φανερὸν καὶ τὸ περφαντισμένον κέχρωσται.* Galenus de Hippocr. et Platon. placc. p. 220 Charter. *τὸ κεχρωσμένον.* — Nolo plura.

Pag. 53. p. 22 A. *τὰ — ἄλλα παρὰ τούτου τὸ εἶδος τῆς χρόας λαμβάνει.* „Caetera vero ab hoc speciem coloris accipiunt“ *Ficin.* Recte, modo explices. De *εἶδος* supra diximus universe ad pag. 52. p. 14 A. H. l. expediamus quid sit *εἶδος χρόας*. *Grammaticus mscr. χρῶμα· κυρίως τὸ μετὰ τῆς ὕλης· οἷον ὦχρα, κινάβαρ·* (leg. *κιννάβαρι*) *χρόα δὲ καὶ χροιὰ*[7] *αὐτὸ τὸ εἶδος τοῦ χρώ-*

7) Caeterum *χροιά* etiam in musicis obvium Hesych. in voce II. p. 1668 Alb. ibiq. interprett. Ignis fremitus graece est *βρόμος*. Quae pervulgata observatio adhibenda est loco Dionysii Halicarn.

ματος. Similiter *Chalcidius* in Platon. Tim. p. 454 Meurs. colores *silvam* dicit: „Imago autem ex arte facta, et juxta archetypam speciem effigiata, nisi habeat *sylvam*, si quidem erit pictura, *id est*, *colores*, — carebit certâ perfectione.“ Atque Plotino τὸ εἶδος τῆς χρόας est universa species coloris (s. color universe), cujus caussa et fons ut ignis est, sic ipsa coloris species singulorum colorum fons est atque origo. Idem noster pag. 711. cap. 18. A. Ἀλλὰ ἀγαθοειδῆ κατὰ τί τὰ ἐν τῷ νῷ; ἆρα ἡ εἶδος ἕκαστον ἢ καλά; ἢ τί; εἰ δὴ (sic marg. Basil. et Cod. Darmst.) τὸ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἕκαστον πᾶν ἴχνος καὶ τύπον ἔχει ἐκείνου, ἢ ἀπ' ἐκείνου, ὥσπερ τὸ ἀπὸ πυρὸς ἴχνος πυρός κ. τ. λ.

Pag. 53. p. 22 A. τὸ δὲ μὴ κρατοῦν ἐξίτηλον κ. τ. λ. Universi loci hujus sententiam expedit Ficini cum interpretatio tum argumentum hujus capitis et nostra annotatio supra ad pag. 52. p. 14

de Compos. XVI. p. 194 Schaefer. unde etiamnum male exsulat *ignis* mentio. Quam postliminio restituit codex egregius, cujus excerpta habeo: ὑφ' ὧν ἐδιδάχθημεν ταύρων τε μυκήματα λέγειν, καὶ χρεμετισμοὺς ἵππων, καὶ φρυαγμοὺς (Cod. φριαγμοὺς, leg. cum Schaefero φριμαγμοὺς) τράγων, πρός τε βρόμον (leg. cum Cod. πυρός τε βρ.) καὶ πάταγον ἀνέμων κ. τ. λ. Quod miror non vidisse Schaeferum hominem oculatissimum: sed idem alia vidit altius latentia, quae haud pauca plane confirmat idem ille cod. mscr.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

seq. A; B. — ἐξίτηλον alii ducant ab ἐξίναι *exire*, alii ab ἰσχβίς, *vis*. Huic favere putant nonnulli Aeschyleum ἵτηλον (ἕμμονον *stabile* ap. Hesych. II. p. 82 Alb. Phot. Lex. gr. p. 90.) Quâ in re ego cum Alberto ad Hesych. l. l. quaerere malo quam decernere. De vi vocabuli docte egerunt Jacob. Gronovius et Wyttenb. ad Herodot. I. 1. (hic in Select. Histor. pag. 340.) adde Sturz. Lex. Xenoph. II. 225. coll. Steph. Thes. V. p. 893. Sicut autem h. l. de luce et colore usurpat Plotinus, ita idem vocabulum dicitur proprie de purpurâ tincturâque evanidâ. Fragmentum doricum ap. Jamblich. vit. Pythagor. XVII. 76. p. 63 Kust. — ὅπως (τὰ ἱμάτια) ἀνέκπλυτον τὴν βαφὴν ἀναπίωντι, καὶ μηδέποτε γενησομέναν ἐξίταλον. Tralatum usurpat Artemidorus Oneirocrit. IV. 47. p. 360 Reiff. de narrationibus mere fabulosis: παντελῶς ἐξίτηλα καὶ φλναρίας καὶ λήρου μεστά. Quae partim ex Herodoti l. l. partim ex Platonis Convivio p. 94 Wolf. ducta sunt. Tralatum item usurpat ipse noster de actione et contemplatione pag. 347 A.

P. 53. p. 22 A. οὐ μετέχον. Basil. et alii: οὐ μετόχου. „Cod. Vossian. οὐ μετέχον ut margo rectius. *D. W.*“

Hoc ego ex codd. plurr. Plotino reddidi, nec aliter Ficinus videtur legisse.

P. 53. p. 22. 24 A. αἱ δὲ ἁρμονίαι — δείξασαι. Locus impeditus, et, cum in multis codd.

verbum finitum desit (vid. var. lect.), fortasse lacunosus. Quod nisi placeat, sat commode expediri videatur posse ita ut legas: αἱ δὲ ἁρμονίαι (αἱ) ἐν ταῖς φωναῖς, αἱ ἐφανεῖς τὰς φανερὰς ποιήσασαι, καὶ αὐταὶ — ἐποίησαν ὡς — δεῖξασαι; „Harmoniae vero occultae, quae sunt in vocibus, harmoniasque manifestas faciunt (eliciunt) *et ipsae* animam imbuunt notitiâ ipsius pulori, *utpote* quae in alio genere hoc ipsum commonstrant.“ Sed Ficinus item in suis codd. legit καὶ ταύτῃ. Ejus interpretatio et argumentum loci tamen sententiam in satis clarâ luce collocat. Caeterum ad Plotini verba adhibe *Augustinum de Musicâ* VI. 38. p. 531 E. ubi de *sono* disputat et hoc addit: — „nonne hic etiam quodam aequalitatis jure laetamur cum *occultioribus modis* paria paribus tributa esse cognoscimus.“

P. 53. p. 24 A. B. παρακολουθεῖ δὲ ταῖς αἰσθηταῖς — — εἰς τὸ κρατεῖν. Vid. Ficini interpret. et argumentum. Ad expediendum locum subobscurum expunxi comma post αἰσθηταῖς et reposui ἀλλ' ὃς ἂν, pro ἀλλ' ὡς ἂν, idque auctoritate Ficini, marg. Basil. et plurr. codd. Comparantur h. l. sonorum harmoniae occultae cum apparentibus. Hae quidem numeris mensurantur: illae non item. Neque vero quaelibet ratio idonea est his numeris mensurandis, quo efficiatur concentus aptus s. pulcer, sed ea sola, quae obtemperet, i. e. quae se patiatur temperari ad efficiendam speciem (idem), *ita ut* haec idea victrix subigat

UNIVERSITY OF MICHIGAN

materiam quasi inconditam sonorum. ποίησις h. l. active accipiendum, ut v. c. in Platon. Conviv. p. 205 b. et saepissime; εἰς ante ποίησιν *finem* sive *consilium* significat: alterum εἰς ante τὸ πρᾶττον *consequentiam* s. *effectum*, hoc sensu: sed eadem taxat ratio adhibenda numeris illis est, quae valeat ideam procreare; *quo fiet*, ut haec idea, tanquam victrix, subigat materiam.

Pag. 53. p. 24 B. — περὶ — τῶν ἐν αἰσθήσει καλῶν δὲ δὴ εἴδωλα καὶ σκιαί κ. τ. λ. His verbis jungimus gemina fere ex eodem libro, infra p. 56 F. τὰ ἐν σώμασι καλὰ — ὡς εἰσὶν εἰκόνες καὶ ἴχνη καὶ σκιαὶ φεύγειν πρὸς ἐκεῖνο οὗ ταῦτα εἰκόνες. Simulacrum opponitur rei verae. Quam locutionem Plato frequentat indeque Platonici, et ut quisque illius elegantiam maxime sectatur: Phaedr. p. 255 d. p. 280 Heind. εἴδωλον ἔρωτος ἀντ' ἔρωτος ἔχων, unde desumsit Dionysius, vulgo Areopagita dictus, de *divin. nominib.* IV. 2. p. 566. Libanius Epist. 505. p. 252 Wolf. σκιὰ λόγου μᾶλλόν ἐστιν, ἢ λόγος. Cf. Epist. 304. et J. Chr. Wolf. ad utrumque locum, quemque is laudat Erasm. Adagg. p. 133. 187. Habet enim illud *umbra rei* proverbii vim apud veteres. Plato de Republ. IX. p. 269 Bip. εἰδώλους καὶ ἐσκιαγραφημένους ἰδέας. Plura ejus usus exempla suppeditabunt Wyttenb. ad Phaedon. p. 171. et Heindorf. ad Thaeet. p. 499. Ego ejusmodi locos addam, qui vel ad Plotini verba sententiamque faciant, vel a lectione laborare videantur. Noster ipse p. 708, cap. 15. A.

σκότος γὰρ αἱ ἄλλαι (ζωαὶ) αἱ κάτω, καὶ σμικραὶ σκιαί (sic ex codd. legendum.). Proclus Institut. theolog. §. 64. p. 444. — αἱ μὲν οὐσίαι αὐτοτελεῖς, αἱ δὲ, τῶν ψυχουμένων ἐνδάλματα μόνον οὖσαι ψυχῶν. — οὔτε πᾶσα ψυχῆς ἔλλαμψις ψυχὴ (Cod. Argentorat. οὔτε πᾶσα ψυχὴ ἔλλαμψις ψυχῆς, non placet.). ἀλλ' ἔστι καὶ τὰ εἴδωλα τῶν ψυχῶν. Quibus verbis Plotinus nostro loco, iisdem utitur Plutarchus: Quomodo quis suos in virt. profect. s. p. 309 Wyttenb. loco elegantissimo, qui totus legi debet: — ἀρετῆς ἐν εἰδώλοις καὶ σκιαῖς ῥεμβόμενος. Sed redeamus ad *hanc de pulcro sententiam*, quam Noster his locis exposuit. Ei illustrandae inserviunt haec ipsius Platonis in Timaeo p. 28 seq. p. 302 seq. Bip. ὅπου μὲν οὖν ἂν ὁ δημιουργὸς πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεὶ, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι, τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζεται, καλὸν ἐξ ἀνάγκης οὕτως ἀποτελεῖσθαι πᾶν· οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονὸς, γενητῷ παραδείγματι προσχρώμενος, οὐ καλόν κ. τ. λ. Maximus Tyr. Dissertat. XXVII. p. 48 Reisk. — οὕτω καὶ τὸ κάλλος τὸ ἄῤῥητον καὶ ἀθάνατον ἔρχεται μὲν πρῶτον δι' οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ σωμάτων, καὶ εἰσπεσὸν ἐκεῖ ἀκραιφνὲς μένει καὶ ἀμιγὲς καὶ ὁλόκληρον· ἐπειδὰν δὲ ὑπερκύψῃ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὸν δεῦρο τόπον ἀμβλύνεται καὶ ἀμαυροῦται. Hermes cap. VI. §. 4. p. 22. ed. Flussat. fol. 14. 2. ed. Franc. Patrit. τὸ δὲ καλὸν καὶ ἀγαθὸν οὐδέν ἐστι καταλαβέσθαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. πάντα γὰρ (τὰ add. ed. Patrit. recte.) τῷ ὀφθαλμῷ ὑποπίπτοντα εἴδωλά ἐστι

UNIVERSITY OF MICHIGAN

καὶ ὥςπερ σπιογραφίαι. Reliqua, ut plurima, in Patrit. ed. inquinatissima sunt. Hermias in Plat. Phaedr. p. 72. — ὅτι εἰκόνων εἰκόνες εἰσι τὰ αἰσθητὰ καλά, et qui pariter ex Plotiniano fonte suos hortulos irrigare solet Dionysius, qui dicitur Areopagita, de coelest. Hierarch. cap. 1. p. 3. τὰ μὲν φαινόμενα κάλλη τῆς ἀφανοῦς ὑπερκειμένης ἀπεικονίσματα λογιζόμενος, ubi Maximus in Scholiis p. 8. Pauli epistolam ad Hebraeos cum Dionysio componit. Adde Pachymerae paraphrasin ibid. pag. 12.

Pag. 53. p. 24 B. ἐκόσμησάν τε καὶ διεπτόησαν. Recte Ficinus prius verbum ad ὕλην retulit, posterius ad hominum sensus, qui corporeâ pulcritudine afficiuntur; utpote quos intelligi contextus jubet. De verbo πτοεῖσθαι dicemus infra. Activum simplex ἐπτόασεν usurpat de amatorio affectu Sappho in Odario illo ap. Longin. de Subl. sect. X. p. 42. (et ad calcem Anacreont. p. 249 Fischer.) ubi vid. Toup. p. 300. ibiq. laudat Apollon. Rhod. I. 1232. Idem poëta III. 1345. διεπτοίησεν de terrore bubus injecto, ubi cf. Schol. Paris. p. 267 Schaef. qui significatus nec Platoni ignotus est. *Idem* de Legg. VI. p. 783 c. p. 314 Bip. ἀφροδισίων διαπτοίησιν de vehemente libidine. Atque ipsa rerum venerearum significatio cadere in nostrum locum videatur, nisi, quod praeferam, malueris universe accipere de *obstupefaciendo, et excitando desiderio.*

Cap. IV. *Argumentum Ficini:* „Pulchritudo, quae videtur, mentis pulchritudinem repraesentat: pulchritudo, quae auditur, refert animae pulchritudinem. Item, nemo de mentis et animae pulchritudine loqui aut debet aut potest, nisi eam ipse possideat.“

„Duplex pulchritudo est: incorporea scilicet et corporea. Et quemadmodum corporea rursum est duplex: altera quidem in his quae videntur, altera vero in his quae audiuntur, sic et incorporea duplex: altera in intellectu, altera est in animâ. Intellectualis lucis pulchritudo praecipue ab eâ quae videtur in lumine velut imagine nobis repraesentatur. Pulchritudo rursus animae in harmoniâ quodammodo constitutae, ab illâ, quae auditur, harmonicâ pulchritudine tanquam imagine rite refertur. Omnino vero, quemadmodum nemo de corporeâ pulchritudine loqui potest, nisi eam sensu cognoverit, sic neque de incorporeâ, nisi eam perceperit animo. Sed corpoream cogniturus extra se fertur: percepturus autem incorpoream, intra se referatur oportet. Revocatus autem ad se, non percipiet eam, nisi possideat. Esto itaque pulcher et intellectu et animâ prius quam de incorporeâ pulchritudine audeas disputare. Memento, si delectaris sensibili pulchritudine, quae insensibilis pulchritudinis est imago, multo majorem percepturum voluptatem, quando ipsam animi mentisque pulchritudinem cognoveris: imo quando possederis.“ *Ficinus.*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 54. p. 36 D. ὃ ἐλωβήσατο μὲν αὐτῇ. Sic codd. plures pro αὐτήν editionis Basil. Contra haec p. 435 B. ita: καὶ ὅσα μὲν λωβᾶται ἀνθρώποις, ubi codd. mei aliquot itemque Villoison. in Anecdott. gr. II. p. 234. ἀνθρώπους minus eleganter. Ego nihil dubitavi exquisitiorem lectionem h. l. Plotino reddere; et insuave foret illud continuo adjectum αὐτήν. Dativo egregie patrocinatur *Dionysius* Halic. Antiq. R. VII. 77 fin. p. 1501 Reisk. (ἡ βουλὴ) — ἀναζητήσασα τὸν τῷ θεράποντι λωβησάμενον, nullà varietate codd. De vi vocabuli vid. Eustath. ad Iliad. III. 42. Foës. Oecon. Hippocr. p. 238. H. l. ubi αἶσχος (turpitudo) animae describitur, tenendus versus est Homericus Odyss. XIX. 373. qui αἴσχεα et λώβην conjungit. Herodot. III. 154. de facie vulneribus foedatâ usurpat. Cf. Henr. Stephani vocc. Herodott. p. 15 ed. Wessel. Fischer. Ind. Aeschin. Dialogg. sub v. Plato de Rep. VII. p. 605. p. 304 Bip. de corruptis poëtarum carminibus. Idem Gorg. p. 108 Findeis.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

p. 90 Heind. de mutilato foedatoque per tormenta corpore. Et habet fere hoc verborum genus, praeter corruptelae detrimentique significatum, adjunctam notam contumeliae. Duxit autem Plotinus colorem inprimis ex Gorgiae loco altero p. 524 E. 313 G. p. 268 Heind. ubi Rhadamanthus animam conspicit vitiorum labe depravatam.: κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν καὶ ἐπιορκιῶν καὶ ἀδικίας. Unde haud pauci profecerunt, quos indicat Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. pag. 110 seqq. Plutarcheus autem locus in multis congruit Plotiniano. Ego Plotini caussâ aliquot locos adscribam, quos legendo offendi. Proclus in Platon. Tim. p. 413. λωβᾶται μυρίαν λώβην κ. τ. λ. verba Platonica (ex Gorgiae loco priore p. 90. ἀδικῶν ἄνθρωπος — — πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ παντοδαπὰς λώβας — λωβηθείς κ. τ. λ.): sententia propius ad Plotinianam accedit. Themistius Orat. XIII. p. 164 C. τὰς ψυχὰς γὰρ αὐτῶν διαλαμβάνουσα ἡ τρυφὴ καὶ ἡ κολακεία, λώβης ἐμπιμπλῶσιν ἀδιηγήτου. Ioann. item Chrysost. T. I. p. 317. λελωβημένον, ἀνάπηρον et ἄρτιον, ὑγιές inter se opponit, quae Platonis lectorem arguunt. Idem saepius hoc verborum genere utitur docente Matthaeo ad Homilias select. I. p. 24. Anonym. in Ἀντιθετ. mscr. adv. Platon. et Plotin. ψυχὴ ἀθάνατος καὶ μὴ λωβηθεῖσα μηδὲν ἐξ ἀλόγου ζωῆς καὶ αἰσθήσεως.

Pag. 54. p. 36 D. καὶ πολλῷ τῷ κακῷ συμπεφυρμένην. Plato Phaedon. p. 17 Wyttenb. p. 44

pauces tantummodo dicit, *δι' ἀμυδρῶν ὀργάνων* agnoscere rerum imagines. Similiter Philo de opific. mund. terrestrium et volucrium animam hebetiores sensus habere dicit quam humanam: — *ἀμυδροτέρα τῆς ἐν ἀνθρώποις.* Philostrat. vit. Apollon. VII. 14. p. 295. eleganter de conscientiae vi in homines improbos: *καὶ ἃ μὲν ὁρῶσι μεθ' ἡμέραν* (*μεθ' ἡμέραν καὶ* Cod. Schell. quod supra lineam est, adscripsit manus recentior.) *εἰ δή τινα ἀκούειν ἢ λέγειν οἴονται, ὀνειρώδη καὶ ἀνεμιαῖα ποιεῖ τούτοις, τὰς δὲ ἀμυδρὰς καὶ φανταστώδεις πτοίας, ἀληθεῖς ἤδη καὶ πιθανὰς τῷ φόβῳ.* Locum exhibui ut emendavit Boissonadius ad Philostr. Heroic. p. 299. cujus rationem uno loco firmat cod. mscr. l. Themistius Orat. XIII. p. 164 C. — *ἄνθος ἀμυδρὸν ἀρετῆς μαραίνεσθαι.* — Participio *ἀμυδρουμένης* utitur Dionys. Areopag. de coelesti Hierarch. VIII. 2. p. 112. ubi vid. Maximi Scholia pag. 116. Atque haec sufficiant declarando vocis usui cum proprio, tum tralato. Addamus locos aliquot Plotinianos: P. 169. A. Basil. *ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα φρόνιμος ζωὴ τὸ σεμνὸν καὶ τὸ καλὸν κατὰ ἀλήθειάν* (*τὴν ἀλήθ.* Ciz.) *ἐστι, καίτοι* (*καὶ* idem. male.) *ἀμυδρῶς ὁρᾶται· ἐκεῖ δὲ καθαρῶς ὁρᾶται* (*ἐκ — ὁρ.* neglexit idem); p. 724. cap. 33. A. — *ἵνα μὴ ἐκπέσῃς τοῦ καλοῦ εἰς τὸ ἀμυδρᾷ μετοχῇ καλὸν λεγόμενον.* Ibid. p. 725 A. *ἐκ σέλαος ἀμυδροῦ*: opponitur *φωτὸς μεγάλου.* Atque hoc admonet alius loci p. 714. cap. 22 B. qui ad nostri loci sententiam egregie facit. Ita enim de *animâ*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

torpente: πρὸ τοῦ δὲ οὐδὲ πρὸς τὴν ἀρχὴν κινεῖται, καίπερ καλὴν ὄντα· ἀργόν τε γὰρ (ultimam vocem omisit Ciz.) τὸ κάλλος αὐτοῦ, πρὶν τοῦ ἀγαθοῦ φῶς λάβῃ, ὑπτία τε ἀναπίπτωκεν ἡ ψυχὴ παρ' αὐτῆς καὶ πρὸς (πρὸς abest ab eodem) πᾶν ἀρχῆς ἔχει, καὶ παρόντος νοῦ, ἔστι πρὸς αὐτὸν νωθής. Mox Ficinus, qui illud: ἃ δεῖ ψυχὴν ὁρᾷν, vertit, *quae sunt videnda*, non legisse videtur ψυχήν — in suis libris: mei tamen omnes habent, et intendit vocula sententiam.

Pag. 54. p. 36 D. τῷ ἕλκεσθαι ἀεὶ πρὸς τὸ ἔξω καὶ τὸ κάτω. — — φερομένη πανταχοῦ ὁλκαῖς πρὸς τὰ τῇ αἰσθήσει προσπίπτοντα. Dele comma post ὁλκαῖς, quod male infert ed. Basil. Attende idem vocabulorum genus cum vi quâdam repetitum. Similiter Plato de Republ. IV. p. 439 d. p. 367 Bip. ἄγοντα καὶ ἕλκοντα de affectionibus. Sed is locus integer conferri debet. Idem ibid. V. 7. usurpat hoc verbum de ἀναγκαῖς ἐρωτικαῖς jungitque πείθειν. Contra de vitandâ voluptate ἀφέλκειν et ἀπάγειν est in Aristotelis Eth. II. 9. Atque ipse Plotinus frequentat cum de amoris lenocinio, tum de philtris et fascinis aliis. vid. supr. p. 50 D. et p. 434 sq. Basil. Cujusmodi locos respexit Nicephorus ad Synesium de Insomn. p. 119. Φησὶ δὲ καὶ Πλωτῖνος, ὅτι οὐχ ἡ προαίρεσις οὐδ' ὁ λόγος ὑπὸ μουσικῆς ἢ γοητείας ἕλκεταί ποτε, ἀλλ' ἡ ἄλογος ψυχή. Et substantivum ὁλκή apud Nostrum legitur p. 439 B. de γοητείᾳ φύσεως ad externa homines trahentis. Basilius Magn. in Jesaj. 5. p. 505

A. de corporeâ pulcritudine: — *αὐτομάτῳ τινὶ καὶ φυσικῇ ὁλκῇ προσομοιοῦται τοὺς ἐντυγχάνοντας.* Hinc de adspectu pulcrarum feminarum veluti fascino allicientium amatores eleganter Julianus Orat. III. p. 109 Spanh. — *πόρρωθεν καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων ἐφελκυσάμενα.* — De illecebris visorum usurpat Arrianus in Diss. Epictt. II. 18. 23. p. 279 seq. Schweigh. loco gravissimo, qui totus cum Plotiniano componi debet: *Θέλησον ἀρέσαι αὐτός ποτε σεαυτῷ, θέλησον καλὸς φανῆναι τῷ Θεῷ* — et quae deinceps de exturbandis corporis blandimentis dicuntur. — Postremo illud subjicitur: *ταῦτα ἀντιτιθεὶς, νικήσεις φαντασίαν, οὐχ ἑλκυσθήσῃ ὑπ' αὐτῆς* (non traheris a viso). Et vero proprie *ἕλκειν* et inde ducta usurpantur de illecebris sensuum et ciendâ Venere. Inde *ἐφολκὸν τὸ ἐπαγωγόν* (cf. Pollux III. 71.) in re amatoriâ, explicante Eustathio ad Iliad. III. p. 287 Basil. qui idem Callimachi fragmentum addit: *ἔχωμί τι παιδὸς ἐφολκόν.* Vid. Fragg. p. 540 seqq. Ernesti, et praesertim Valckenarium ad Elegg. fragg. pag. 269. qui hoc vocabulum reddendum censet Eusebio P. E. II. p. 74 Colon. *εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα κακῶν ἦλασεν, ὡς δι' ὑπερβολὴν ἡδυπαθείας ἀκρατοῦς, τὰ ὁλκὰ* (*τὰ ἐφολκὰ* Valcken. conj.) *πρὸς αἰσχρουργίαν μέρη τοῦ σώματος* (partes corporis allicientes ad Venerem) — — *ταῖς ἰσοθέοις ἐκδικάσαι τιμαῖς κ. τ. λ.* Plura descripsi ex h. l. qui ad Nostri sententiam nonnihil facere videretur. Intransitive *ὁλκός* (*ὁλκότερον* et *ὁλκὰ βαίνειν*) Heliodorus eodem sensu usurpat quo Aristoph. Vesp.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

268. ἐφολκός; vid. Coray. ad Aethiop. III. p. 122. coll. p. 366. Active frequentat simplex Jamblichus περὶ κοιν. μαθημ. ἐπιστ. in Villoison. Anecdd. II. Sic v. c. ille p. 194. — καὶ τί μάθημα ψυχῆς ὁλκὸν ἐστι ἀπὸ τοῦ γιγνομένου ἐπὶ τὸ ὄν; et p. 195. — οὐκ ἂν ὁλκὸν εἴη ἐπὶ τὴν οὐσίαν, quod mox explicatur: καὶ οὕτω τῶν ἀγωγῶν ἂν εἴη. Ibid. ἀλλὰ ἆρα ψυχῆς πρὸς ἀλήθειαν εἴη ἂν ταῦτα, καὶ ἀπεργαστικὰ φιλοσόφου διανοίας πρὸς τὸ ἄνω σχεῖν, ἃ νῦν κάτω οὐ δέον ἔχομεν. Vides ibi dici ὁλκὸν de avocando animo a sensibus et ad unius scientiam evehendo: contrarium est in Plotiniano loco, qui comparandus cum hujusmodi locis est, ut Platonico Phaedon. p. 81 c. p. 110. ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον. Et ὁλκαί fluminibus infernis tribuuntur ab Anonymo illorum scriptorum insectatore in Ἀνωδυν. mscr. ῥεύματα ἐκ Ταρτάρου ἄνω καὶ κάτω φέροντα καὶ κατασύροντα ταῖς ὁλκαῖς. Quemadmodum autem nostro loco anima humana dicitur ἕλκεσθαι πρὸς τὸ — κάτω κ. τ. λ. ita aliis locis anima mundi, ut *advers. Gnost.* p. 201 B. ubi est καθελκυσθὲν — καθελκῦσαι et συνελκύσασθαι (συνεφελκύσασθαι cod. ParisA.). Et quando anima coelitus ad inferiora descendens suum ipsius corpus tanquam vestem luxuriose et vero moleste etiam secum trahere dicitur (vid. supra *Praeparat.* p. LXXXVIII. not. 38.): frequentari solet in hâc re: ἐφέλκειν, συνεφέλκειν σῶμα vel σώματός τι ab ipso etiam Platone. Ac proprium est ἕλκειν de vestibus, quae luxuriose trahuntur, Plato Alcib. I. p. 92. p. 150 Buttm. cf.

ad Homer. p. 67. Hac sententia et n
bum usurpavit *Aristides Orat. Pla*
Jebb. quem locum adscribam cum qu
tissimus est, tum quo *codicis mscr*
inde abstergam, qui novissimam etia
foedat: ὁρῶ δὲ ὅτι πολλὰ τῶν πόλεών
ἐφόλκια, οἷς ἀνάγκη συγχωρεῖν ὥςπε
τι· καὶ γὰρ τὰ σώματα καὶ τὰ χεί
κάλλιστα, ἀκούω ἐκ τῶν αὐτῶν κε
δ' ἢ πλείονος ἢ ἐλάττονος τούτων ἑκά
τούτῳ κρίνεσθαι τότε, χεῖρον (transp
et leg. τό, τε χεῖρον) καὶ τὸ βέλτιον.
τὰς πόλεις ἀνάγκη τῆς φύσεως τῇ
ἀπολαύειν (tene elegantem verbi
(cod. κἂν rectius) ὡς βέλτιστα οἰκεῖσ
Deinde, subjectâ mundi similitudine
finit: — ἀλλὰ δίδως τῇ φύσει ταὐτ
θαι καὶ οὐ πολυπραγμονεῖς. Ubi me
time explicat *Scholion mscr.* in ejus
adscriptum: (ἐφόλκια) ἀναγκαῖά τινα
συρόμενα, ἀπὸ τῶν ὁλκάδων τῶν ἐπι

UNIVERSITY OF MICHIGAN

phiae nocent: Ἃ δ' ἂν συνεφελκύσηται ἡ παρασκευὴ ἐμπόδια, ἐκ τῆς τοῦ σώματος βαρύτητος, ἢ ἐκ τῆς τῶν παρασκευαζομένων πραγματείας — εὐδὺς ἀλυσιτελὴς γίνεται κ. τ. λ. ubi Rhoerius a Stephani Thesauro abesse eam verbi formam dicit. Caeterum hic locus Plotiniano debet jungi in libro de *dub. anim.* p. 439. ubi leg. πραγματείας. Malam autem sententiam, quam nonnumquam adsciscit verbum ἐφέλκειν, luculenter monstrat Jambl. myster. I. 1. p. 35. — ἤδη δέ τινα καὶ ἀπ' ἄλλων οὐκ ἀξίων λόγου δοξασμάτων ἐφέλκεταί τινα ἀπρεπῆ ἀμφισβήτησιν, ubi cod. Leid. Voss. ἐφέλκετο, voluit: ἐφείλκετο, sed vulgata praestat. Proclus Institut. Theolog. 175. p. 490. πάντα εἰλικρινῶς ἡ ψυχὴ προάγει, καὶ χωρὶς ἕκαστον, μηδὲν ἐφέλκουσα ἀπὸ τῶν λοιπῶν, ἃ (εἰ μὴ διεκέκριτο ἀεὶ κατὰ τὴν ἕξιν) οὐδ' ἂν ἡ ἐνέργεια διέκρινε τῆς ψυχῆς. (Cod. Argentor. μέθεξιν et proxime idem: ἀφέλκουσα. Male, opinor. Plato Phaedon. p. 16 Wytt. p. 42 Heind. de recte et subtiliter cogitando: — ὅστις — μήτε ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος, αὐτὸ καθ' αὐτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειρεῖ θηρεύειν τῶν ὄντων, quem locum fortasse ante oculos habuit Proclus.) Videamus de aliis compositis aliquot, *cum Platonis tum Platonicorum caussâ.* Ac quod in Convivio p. 190 c. Bastius p. 125. ejecit lectionem cod. Vindob. συνέχων acquiescens in συνέλκων: poterat hoc judicium firmare *Porphyrii* loco, qui ex Platonico fluxit. Vid. vit. Plotin. pag.

Pag. 54. p. 36. 38 E. πολύ γε (γε non agnoscunt plurimm. Codd.) τοῦ σώματος ἐχουσα ἐγκεκραμένον. Sic correxi ex codd. vid. var. lect. Aristotel. de mundo IV. 33. p. 169 Kapp. ὡς δὲ τὸ πᾶν εἰπεῖν, τῶν στοιχείων ἐγκεκραμένων ἀλλήλοις, ubi vid. Kapp. itemque p. 150. 154. de propriâ vi miscendi vini exponentem. Cf. ibid. V. 6. et Meteorolog. II. 3. Attende mox a Plotino repetitum κράσει, et proxime ante p. 54. p. 36 D. πολλῷ τῷ θανάτῳ κεκραμένην, in quibus potestas adulterandi, conturbandi, polluendi inest; et adhibe locos Platonicos, veluti hunc in Phaedro p. 256. p. 283 e. Heind. Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐρῶντος οἰκειότης, σωφροσύνη θνητῇ κεκραμένη θνητά τε καὶ φειδωλὰ οἰκονομοῦσα κ. τ. λ. De συγκραθῆναι paucis monebo infra ad p. 56. p. 50 A. Ad nostra haec vix est quod N. T. locorum admoneam, ut 1 Ioann. V. 24. Rom. VII. 24. cet. Adscribam autem verba Aeneae Gazaei, qui Plotinum diligenter tractavit. Sic enim ille *lat.* in Bibl. M. Patrr. Tom. VIII. p. 664. „non solum corpus perpetuo mortale esse sinunt, sed et ipsam *animam* suâ victi stultitiâ *mori* quasi quodammodo cogunt. Virtutis enim ignorantia reverâ *animae mors* est.“

Pag. 54. p. 38 E. προφέροι. Vid. var. lect. Mutavi modum ex codd. plurr. et propter sequens ὁρῷτο. Verbum ipsum mutare nolui, quod scirem προφέρειν et ipsum esse: *spectandum exhibere*. Sed tamen προφαίνοι plurimorum librorum auctoritate munitur, nec minus usu scriptorum, ut Xe-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

noph. Cyrop. II. 1. 10. IV. 3. 3. IV. 5. 8. Hieron. I. 25. Herodot. VII. 161. licet in his locis potestas *potiundi* fere adjuncta sit.

Pag. 54. p. 36 F. *ὁ παρὰ τοῦ πηλοῦ ἢ βορβόρου ἀπεμάξατο.* „Basil. *ἀπεδέξατο.* Cod. Voss. *ἀπεμάξατο.* rectius. *D. W.*“

Solius cod. Vatic. ni margo suffragatur editioni Basil. Reliqui omnes *ἀπεμάξατο*, quod Plotino reddidi utpote et ipsi et Platoni familiare. Quo de verbo indeque repetitis exposuerunt Ez. Spanhemius ad Callim. Del. vs. 14. et praecipue Hemsterhusius ad Polluc. IX. 130. p. 116. Ac primum a *μάττεσθαι* haec nascitur verbo vis, ut de figuris molliori materiâ expressis dicatur: *ἀπομάττεσθαι, ἐναπομάττεσθαι* et *ἀναμάττειν*, inde *ἐκμεμαγμένος* is, cujus figura sic expressa est. (De hoc composito *ἐκμάσσειν* vid. Lycophron 713. ibiq. Muellerum.) Inde haec verba eleganti usu per scripta philosophorum frequentantur a Timaeo Locro inde usque ad Jamblichum et recentiores. Videamus de iis *quae conjunctiora sunt cum locis Plotinianis.* Plato in Timaco. p. 50 b. c. p. 344 seq. Bip. *ὁ αὐτὸς δὴ λόγος καὶ περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. ταὐτὸν αὐτὴν ἀεὶ προσρητέον. ἐκ γὰρ τῆς ἑαυτῆς τοπαράπαν οὐκ ἐξίσταται δυνάμεως. δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς. ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων. φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἄλλοῖον. τὰ δὲ*

εἰςιόντα καὶ ἐξιόντα τῶν ὄντων ἀεὶ μιμήματα κ. τ. λ. Ad quem locum vid. Chalcidium pag. 427 Meurs. — „estque usus ejus molli cedentique materiae similis in quâ imprimuntur varia signacula" cet. Plutarch. Sympos. V. ὥςπερ ἐκμαγεῖον καὶ κάτοπτρον εἰκόνας καὶ εἴδωλα τῶν ἐν σαρκὶ γενομένων αἰσθήσεων ἀναδεχομένην (τὴν ψυχήν). Ipse Plotinus p. 415 A. infr. Δεῖ δὲ θέσθαι ὡς τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν αἰσθητῶν ἐστι τῇ ψυχῇ ἢ τῷ ζώῳ ἀντίληψις, τὴν προσοῦσαν τοῖς σώμασι ποιότητα σφυγίσης καὶ τὰ εἴδη αὐτῶν ἀποματτομένης. *Idem* p. 480 A. de animabus singulis ad unius animae instar expressis: οἷον ἐκ δακτύλου (leg. δακτυλίου) ἑνὸς πολλοὶ κηροὶ τὸν αὐτὸν τύπον ἀπομαξάμενοι φέροιεν. Illum Plotini locum ante oculos habuisse videri possit Hermias in Plat. Phaedr. p. 68 seq. ὁ δὲ Φαῖδρος, ἅτε ἔξω τοῦ τείχους τῶν αἰσθητῶν δηλαδὴ προτρεπόμενος ὁδεύειν, τὴν βίβλον ἐπ' ἀριστερᾶς ἔχων καὶ τὰ ἐναπομάγματα τῆς αἰσθήσεως. Allegoriam non moramur: substantivum compositum inde reponamus in Lexicis, unde male exsulat. Verbum compositum legitur apud Ioann. Chrysost. T. VI. homil. 27. pag. 226 Savil. loco haud dissimili a nostri sententiâ: καὶ ἤδη καὶ ῥήματα γυναικεῖα εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐναποματτόμενοι ψυχήν. Venio ad nostri loci sensum aperiendum. Idem verbum Hemsterhusius l. l. feliciter restituit Alciphroni epist. III. 44 ubi legendum docuit: τὰς μὲν Χάριτας ἐναπομάττεσθαι χαίρους αὐτῷ „Gratias manus in eo homine abstersisse" ubi nunc de hâc voce cf. Wagner. p. 140. add. Ja-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

cobs. ad Anthol. gr. II. 1. p. 392. Est enim etiam abstergere, ut ἀπομάξασθαι τὰ δάκρυα Aristaen. epist. I. 9. unde habet Philo p. 430 c. vid. Abresch. ad Aristaenet. I. l. Sic item ἀπομασσόμεθα explicat in Evangel. Lucae X. 11. J. A. Ernestus ad Callimach. l. l. accuratius ita, ut sit ἐκβάλλειν τὸν κονιορτόν. Quam verbi vim veterum grammaticorum auctoritate egregie firmavit Ruhnkenius epist. crit. II. p. 149 ed. alt. Est item saepius idem quod καθαίρειν, vid. Hesych. I. p. 473 Alb. conf. Schleusner. cur. noviss. ad Photii Lex. gr. p. 210. Eodem pertinet vox ἀπομαγδαλιά, buccea, in quam abstergebant manus, item dicta κυνάς, quod canibus projicerent. Quam rem nemo quod sciam planius exposuit quam *Scholiastes mscr. Philostrati.* Id scholion priusquam apponam, praemittam ipsum Sophistae elegantissimum locum, cui male consuluit Olearius. Ita enim ille in vita Apollonii Tyan. VII. 23. p. 304. de divite opibus suis diligenter cavente: οὕτω τι ἐδουλώθη ὑπὸ (ὑπὲρ cod. Schellersh. male) τοῦ περὶ αὐτὸν (τὸν πλοῦτον) δίους, ὡς ἀπαντλεῖν τῆς οὐσίας τὸ μὲν, ἐς τοὺς συνοφάντας, οὓς ἴδει μειλίττεσθαι τῇ ἀπομαγδαλίᾳ (sic Olearius, sic etiam codex. Lege ἀπομαγδαλιᾷ) ταύτῃ κ. τ. λ. ubi Olearius ne hilum quidem. Ex Homero autem adumbravit locum eruditus Sophista. Ille enim Odyss. X. 216. „offas canibus dicit: — — φέρειν μειλίγματα θυμοῦ." Scholion illud ad marginem ejus codicis ita habet: ἀπομαγδαλία (leg. ἀπομαγδαλιά) λέγεται τὸ ἀπομάττον τῶν χύπων τῶν ἀπο-

φιπτομένων. τοῦτο δὲ καὶ ψίχες ἄρτου ποιοῦσι καὶ ἄλέυρον καὶ πίτυρα· ἤδη δὲ καὶ ξύλων σῆψις εἰς ἀλεύρου λεπτότητα κεκονιαμένη· αἰνίττεται διὰ τούτων τὰ τοῦ πλούτου βάθη. Hactenus Scholion. De scripturâ vocis vid. Schweigh. ad Athen. IV. p. 499. IX. p. 272. De ipsâ voce Hesych. I. p. 472. II. p. 377 Alb. ibiq. Interprett. Adde Zonar. Lex. gr. p. 243. ubi in notis laudatur Schol. Aristoph. Equit. vs. 816. potius laudandus erat vs. 412. Simplex μαγδαλιά bis legitur apud Eustath. ad Odyss. X. pag. 393, 14 Basil. Habet autem noster locus et ipse *sordium* significationem. Ad *constructionem* loci Plotiniani et *moralem* etiam sententiam maxime facit *Aristoteles* Ethicor. Nicom. IX. 12. p. 172 Sylb. — γίνεται οὖν, ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία, μοχθηρά· κοινωνοῦσι γὰρ φαύλων, ἀβέβαιοι ὄντες· καὶ μοχθηροὶ δὲ γίνονται, ὁμοιούμενοι ἀλλήλοις· ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν, ἐπιεικὴς, συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις. δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίους γίνεσθαι ἐνεργοῦντες, καὶ διορθοῦντες ἀλλήλους· ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων, οἷς ἁρέσκονται. Hinc Hesych. I. p. 473. ἀπομάττεσθαι, ἀναλαβεῖν, μιμήσασθαι. Sic etiam Jamblich. Protrept. 21. p. 308 Kiessl. jungit μίμησιν et ἀπόμαξιν. Atque haec sufficient et firmandae lectioni male depravatae a librariis et usui vocis monstrando. Caeterum quod Ficinus vertit: „quae a *limo* vel *coeno* contraxit" magis proprie debebat „*a luto* vel *coeno*". Sic enim Latini (ut ex veteribus Glossis docuit Hemsterh. ad Lucian. Prometh. I. pag. 203 Bip.) πηλόν et βόρβορον

UNIVERSITY OF MICHIGAN

distinguunt. De graecorum verborum discrimine vid. eundem l. l. cf. Dorvill. ad Chariton. p. 222 ed. Lips. et Interprett. ad Evang. Ioann. IX. 6. De similitudine *βαρβόρου* plura dabimus ad pag. 55. p. 42 A.

Pag. 54. p. 38. F. *ᾧ — τὸ αἰσχρὸν προσθήκῃ τοῦ ἀλλοτρίου προσῆλθε — καθηραμένῳ — αἰσχρᾷ ψυχῇ.* Quod Ficinus legit *προσθήκῃ*, nec Basil. nec codd. assentiunt. Fons in loco Platonis Sophist. p. 227 seq. p. 313 Heind. unde insigniora tantum apponam: — — *καὶ ψυχῆς ἆρα καθόσον ἂν εὑρίσκωμεν κακίας ἀφαίρεσίν τινα, καθαρμὸν αὐτὸν λέγοντες ἐν μέλει φθεγξάμεθα. — καὶ μάλα γε. —. Δύο μὲν εἴδη κακίας περὶ ψυχὴν ῥητέον. — τὸ μὲν οἷον νόσον ἐν σώματι, τὸ δὲ οἷον αἶσχος ἐγγιγνόμενον.* Cf. universe de Rep. IV. p. 444 d. p. 378 Bip. et Alcib. I. p. 116. p. 136 seqq. Buttm. ibique *Proclum* (in excerptis de animâ p. 237 Torn.). Adde infra annot. ad pag. 54. p. 38. F. ad verba *αἰσχρὰν δὲ ψυχήν.* Ipse Plotinus ita de *pulcritudine ipsâ* per se *turpitudini non obnoxiâ* p. 722. cap. 32 D. — *μὴ γὰρ ἂν τολμῆσαι ἐκεῖνα οἷα ἐστὶν* (scil. *αὐτὰ τὰ καλὰ*) *εἰς βόρβορον σωμάτων ἐμβῆναι καὶ ῥυπᾶναι ἑαυτὰ καὶ ἀφανίσαι.* Nostrum autem locum in compendium redegit Porphyrius in Sentent. 34. p. 236 Londin. *ἀλλ' ἐπεὶ τὸ καθαίρειν καὶ κεκάρθαι ἀφαίρεσις ἦν παντὸς ἀλλοτρίου.* Hermias in Plat. Phaedr. postaquam Plotini aliquot locos laudaverat, p. 98 ita pergit: *Τὰ δὲ περὶ μολυσμῶν καὶ καθαρμῶν τῷ-*

δε λεκτέον. ἔστι δὲ ἔννοια μολυσμοῦ ἀλλοτρίου προσθήκη, ἔννοια δ' ἐστὶ καθαρμοῦ ἀλλοτρίου ἀφαίρεσις· γίνεται δὲ ὁ μολυσμὸς ἀπὸ τῆς ἄκρας ἡμῶν ψυχῆς ἄχρι καὶ τῶν ἐξηρτημένων ἐσχάτως ἡμῶν· καὶ πρόσφορος ἑκάστῳ καὶ ὁ καθαρμός. Οἷον ἔστι καὶ σώματος μολυσμὸς τὸ πηλὸν, εἰ τύχοι, καὶ βόρβορον πατῆσαι, καὶ εἰ μή τι ἄλλο προσῇ, ἄχρι τοῦ σώματος ἔσται ὁ μολυσμός, διὰ καὶ ἐνιαυτός ἐστι· λοῦτρον γὰρ εὐθὺς αὐτὸν καθαίρει. Sequitur descriptio animae contaminatae et injicitur expultricis sordium philosophiae mentio. Quae ad Platonem non minus quam Plotinum pertinent; pariterque hic locus Ioann. Chrysostomi de Sacerdot. VI. 2. p. 324. — σπουδάζοντες, ἵνα μετὰ παῤῥησίας καὶ καθαρότητος εἰλικρινοῦς, ὅσον εἰς ἀνθρωπείαν ἦκε δύναμιν, προσεῖναι τῷ Θεῷ δύνωνται· πάσης οἶμαι δεῖν τῷ ἱερωμένῳ καὶ δυνάμεως καὶ βίας, ὥστε δυνηθῆναι παντὸς ἐξαρπάσαι μολυσμοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ ἀσινὲς τὸ πνευματικὸν τηρῆσαι κάλλος; κ. τ. λ. ubi hoc solum discrepat quod Platonici locis laudd. *eluere sordes* ex animâ dixerant, quam Chrysostomus *iisdem eripiendam* dicit. Ipsum πηλοῦ vocabulum usurpat *Nilus Asc.* in παραδείσῳ haud dissimili sententiâ de homine virtutem male simulante: πίσσης καὶ πηλοῦ γέμει ἔνδοθεν. Qui versus sicut cum Christi verbis Matthaei XXIII. 27. comparari debet: ita haud alienum erit ei adhibere Persium satir. IV. 29.

Pag. 54. p. 38 F. καὶ ἔργον αὐτῷ. Ficinus: *operae pretium erit.* Ego malim: *opus est*; quo

UNIVERSITY OF MICHIGAN

sensu apud Xenophontem legitur Cyrop. II. 3. 5. Agesil. X. 1. Nisi malis: *eique difficile fuerit.* Vid. Xenoph. Cyrop. I. 1. 5. III. 3. 14. VII. 5. 18. coll. Hesych. et Suid. in ἔργον et Sophoclis Ajac. vs. 12. ibiq. Scholiast. Porphyrius de Antr. nymph. cap. 4. p. 4 Goens. ἃ δὴ πάντα ἀριχνεῦσαι, καὶ ἀναπτύξαι, ἔργον καὶ τοὺς παλαιοὺς νομίσαι κ. τ. λ. ubi Ruhnkenius ἔργον ἐστὶ bene explicat de re difficili. Aliâ sententiâ dicitur: ἔργον τινός ἐστι: „obnoxium est alicujus". Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. III. 18. Cf. Himerium Orat. XIV. 32. p. 664. ὕβρεως δὲ οὐκ ἔργον ἐστίν, ibiq. Wernsdorf.

Pag. 54. p. 38 F. εἴπερ πάλιν καλός. „Cod. Vossian. εἴπερ ἔσται κ. κ. rectius. *D. W.*"

Sic etiam reliqui codd. plurimi. Vid. var. lect. Me tamen ab inferendo verbo retraxit cum auctoritas codd. MarcB et MonB. tum breve pressumque dicendi genus, quo Plotinus utitur, tum vero Platonicae orationis usitata imitatio. Plato autem delectatur hâc ellipsi: de Republ. VI. p. 497 e. p. 97 Bip. οὐ τὸ μὴ βούλεσθαι, ἀλλ', εἴπερ, (scil. τι διακωλύσει) τὸ μὴ δύνασθαι διακωλύσει. Parmenid. p. 150 b. p. 255 Heind. Ἐν μὲν ὅλῳ ἄρα τῷ ἑνὶ οὐκ ἂν εἴη σμικρότης, ἀλλ' εἴπερ, ἐν μέρει, ubi intelligendum εἴη s. ἔνεστι. Vid. Heindorf. qui plura dabit. Ac quem is locum ex Aristoph. Nubb. 226 seq. laudat, in eo Scholiastae alii aliud supplevere ad fulciendam sententiam, vid. Interprett. praecipue Berglerum p. 119 ed. Beck.

Pag. 54. p. 38 F. *ἀπονιψαμένῳ καὶ καθῃρημένῳ.* Illud verbum proprie usurpatur de lavando corpore ejusque partibus, ex praeceptis Grammaticorum, vid. Ammonium p. 83. ibiq. Valckenar. Τὸ *ἀπονίψασθαι* erat etiam in ritibus, quibus defungi debebant qui ad rem sacram vellent accedere. Theophrast. charact. 16. ibiq. Duportus pag. 454. Quod vero a Plotino corporis polluti similitudo continuo traducitur ad animam vitiis contaminatam: cogitanda sunt purgatoria, expiationes et ablutiones, quibus flagitia expiabantur, proprie dicta *ἀπονίμματα* et *καθάρσια*, de quibus conferri debet Julianus Orat. I. p. 39 D. quem locum emendavit Wyttenbachius p. 212 edit. Schaef. copiosâ autem disputatione de *ablutionibus* illustravit Ez. Spanhemius p. 259 seq. quem vide. Adde *Proclum comment. mscr.* ad Platon. Alcib. I. *Ἐν ταῖς τελεταῖς καθάρσεις ἡγοῦνται καὶ περιῤῥαντήρια καὶ ἁγνισμοὶ, ἃ τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις δρωμένων καὶ τῆς τοῦ θείου μετουσίας γυμνάσματά ἐστιν.*

Pag. 54. p. 38 F. *αἰσχρὰν δὴ ψυχὴν — νεύσει πρὸς σῶμα* (πρ. τὸ σῶμα alii, vid. var. lect.) *καὶ ὕλην.* Clemens Alex. Strom. V. p. 705. *τὴν γὰρ ἀρετὴν τὸ κάλλος τῆς ψυχῆς ἔφη εἶναι·* (Socrates apud Platonem in Protagor. init. p. 459 seq.) *κατὰ δὲ τὸ ἐναντίον, τὴν κακίαν αἶσχος ψυχῆς.* Cf. Platon. Sophist. p. 227 seq. p. 313 seq. Heind. quem locum supra exhibui ad p. 54. p. 38 F. ad verba *ᾧ — τὸ αἰσχρόν. — νεύσει* Stobaei Eclogg. T. I. p. 342 Heer. *Πλάτων μήτε βαρὺ μήτε κοῦφον εἶναί*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

τι φύσει, ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ ὑπάρχον. Ἐν δὲ ἀλλοτρίῳ γενόμενον τότε νεῦσιν ἴσχειν (nutare), ἐκ δὲ τῆς νεύσεως ῥοπὴν ἤτοι πρὸς βαρύτητα ἢ κουφότητα. Quae pertinent ad disputationem in Timaeo p. 62 seqq. p. 370 seqq. Bip. Illa inclinatio animarum lapsusque per tesseras declarata sunt lapsu geniorum terrestrium. *Proclus comment. mscr. in Alcib. I.* ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τῶν τελετῶν περὶ τῆς θεοῦ παρουσίας δαιμόνων χθονίων ἐκβολαὶ προφαίνονται, καὶ ἀπὸ τῶν ἀχράντων ἀγαθῶν εἰς τὴν ὕλην προκαλούμεναι. Platonicorum autem oratio formulas νεύειν κάτω et νεῦσις ad *animi sensus* transferre solet, ut multis exemplis docuit Tib. Hemsterhusius ad Luciani Somn. p. 196 Bip. Caeterum ut νεῦσις ita composita quoque frequentantur Plotino ut σύννευσις, de quo diximus in Studiis I. p. 101. Ad sententiam cf. Plat. de Republ. IX. p. 586 a. p. 268 seq. Bip. unde teneas: — βοσκημάτων δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες καὶ κεκυφότες εἰς γῆν. —

Pag. 54. p. 40 F, G. μὴ καθαρᾷ, μηδὲ εἰλικρινεῖ εἶναι — ἀναπεπλῆσθαι δέ — Saepius jungit Plotinus εἰλικρινές et καθαρόν, ut p. 721. cap. 30 C. nec minus Plato in Philebo cap. 18. 32. pag. 401 D. item Sympos. p. 331 E. p. 94 Wolf. εἰ τῷ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν εἰλικρινὲς καθαρὸν, ἄμικτον, ἀλλὰ μὴ ἀνάπλεων σαρκῶν κ.τ.λ. quem locum Noster hic haud dubie ante oculos habuit. In Phaedone p. 16 Wytt. p. 42 Heind. idem ille de mente nihil terrenae faecis contrahen-

te: — μὴ ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων (vid. supra) μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος, ubi Tertullianus vertit; *ipsâ mente sincerâ* utens (vid. de Animâ cap. 18. in notis Wyttenb.). Eadem Platonis verba Valckenarius (in commentar. mscr. ad Epist. Pauli Corinth. I. 5. 8.) adhibuit N. T. epist. secund. Petr. III. 1. τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν. Idem ibid. obloquitur communi vocis etymologiae ab εἴλη (cui item plura opponit nuper editus Grammaticus in Matthaei Lectt. Mosqq. II. 79.): potius repetitam vult ab εἰλεῖν, ἰλεῖν, ut proprie sit quod est *cribro purgatum*. Sicut autem h. l. Plotinus, Platonem secutus, adjunxit καθαρᾷ: ita hoc ipsum adjectivum usurpant ut plurimum Grammatici, cum explicare volunt εἰλικρινές. Vid. Fischeri Indic. in Aeschin. Diall. sub. v. et Ruhnken. ad Xenoph. Memorab. II. 2. 3. Verbum εἰλικρινεῖσθαι saepius legitur, v. c. ap. Aristotelem de mundo 5. 3. p. 197 Kapp. ubi est purgari, ap. Butherum in Stobaei Eclogg. I. 16. Heer. non item ἀπειλικρινεῖσθαι. Vid. Matthaei l. l. ibiq. laud. Synesium T. I. p. 87 104. Hoc composito augenda sunt Lexica. — ἀναπεπλῆσθαι cf. infra pag. 56. p. 58 B. μὴ σώματος ἀναπλεων. *Polluendi* significatum, quem in his vocibus inesse voluit elegantior usus, maxime Platonis et sectatorum ejus, egregiè exposuit *Ruhnkenius* ad Timaei Lex. Platon. pag. 30 seq. Locis ab eo laudatis addi potest Apollodorus I. 9. 21. p. 61 ed. Heyn.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 54. p. 40 F. G. ὥςπερ χρυσῷ — γεώδους, ὃ εἴ τις ἀφέλοι, καταλέλειπται χρυσὸς, καὶ ἔστι καλὸς, μονούμενος κ. τ. λ. Sententia primaria de auro ad declarandam animi sinceritatem integritatemque adhibito, neque tamen primigenia. Nam primum cuique in mentem veniant oportet celebratissimae sententiae antiquorum ut Bacchylidis ap. Stob. Serm. XI. p. 136. Λυδία μὲν γὰρ λίθος βανύει χρυσόν κ. τ. λ. Pindari Pyth. X. 105. πειρῶντι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει κ. τ. λ. Nec minus Heraclitus χρυσόν et γῆν, similitudinem captans, inter se opposuit. Vid. Clem. Alex. Strom. IV. 2. p. 565. et Theodoret. Tom. IV. p. 716. Cujusmodi locos nunc minus equidem sector, quam eos, *quos vel Plotinus expressit, vel alii ab eo mutuati videntur esse.* Itemque videndum nobis est de hujus loci *caussis philosophis*, cum *physicis* tum *ethicis.* Ordiamur a proprietate verborum. Eam declarat Diodori Siculi descriptio metallorum Aegypti, ubi de auro fundendo ita III. 14. — μετὰ δὲ ταῦτα σπόγγοις ἀραιοῖς κόσφως ἐπιθλίβοντες, τὸ χαῦνον καὶ γεῶδες (materiam inanem et *terrestrem*) διὰ τούτων ἀναλαμβάνουσι, μέχρις ἂν ὅτου καθαρὸν γένηται τὸ ψῆγμα τοῦ χρυσοῦ, et in sequentibus: τὸν δὲ χρυσὸν καθαρὸν λαμβάνουσιν ὀλίγης ἀποτοσίας γεγενημένης. Jam primum teneamus tralatum loquendi genus, quo et Plato (ut in Phaedon. p. 81 c. p. 110.) et alii (ut LXX interprett. in Sapient. Sal. IX. 15.) vocem γεῶδες transferunt ad faecem terrestrem et materiae gravantis molem significandam. σῶμα

γήϊνον explicat Hermias in Platon. Phaedr. p. 131. Chrysostom. Homil. ad epist. Rom. p. 106. — τὸν γεώδη λογισμόν, cf. ad eandem epist. Oecumenium p. 308. ἡ γεώδης τῆς διανοίας ὁρμή, et sic saepissime patres eccles. Jam explorandis caussis loci nostri physicis unus sufficit Diogenis Laërtii locus in Platone III. 108. Explicantur ὁμοιομερῆ, i. e. ea quae similium partium sunt et ἀνομοιομερῆ, quae dissimilium; atque illa quidem describuntur ita: καὶ ὁμοιομερῆ μὲν, ὅσα ἐξ ὁμοίων σύγκειται, καὶ μηδὲν διαφέρει τὸ ὅλον τοῦ μέρους, εἰ μὴ τῷ πλήθει· οἷον τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ χρυσίον. Unde intelligitur, ex veterum quidem ratione, *aurum* in iis esse corporibus, quae in se nihil dispar sui et dissimile admixtum habeant. Quidquid igitur glebarum aliarum rerum ei adhaeserit, id extrinsecus aggregatum esse. Inde *aurum* pro tesserâ frequentatum est *animae humanae*. Nam, ut philosophas quoque atque morales hujus loci caussas explicemus: ex horum maxime placitis philosophorum *anima humana ponebatur per se esse* ἀγαθοειδής· ut ab Hermete in Clave p. 11 ed. Fr. Patrit. „anima infantum, necdum mole terrenâ gravata (ὀγκουμένη), neque dum turbata (ταραττομένη), sed etiamnum suspensa ab animâ mundi, dicitur pulcerrima adspectu (καλὴ βλέπειν), neque dum obruta esse oblivione boni ipsius pulcrique (καὶ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ)." Proclus comment. in Alcib. prior. (p. 254 in Excerptt. Ficini) in eandem mentem ita: „Jam vero purificatio nobis non accidit ab externis, sed ex intimis animae ducit originem. *Omne namque*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

malum ab externis accidit, atque est animae peregrinum: ex internis vero bonum. *Anima enim naturaliter est boniformis* (ἀγαθοειδής)." Quo ipso ratio aperitur, cur Plotinus et hoc loco et aliis, v. c. *de intelligib. pulcritud.* p. 544 B. C. auri purgati similitudinem ad declarandam animae naturam praestantiamque transtulerit. Geminus autem locus est inprimis hic in Nostri libro *de immortalitate animae* p. 465 B. C. quem, quia hujus similitudinis fontem perspicue arguit, integrum apponam: οὐ γὰρ δὴ ἔξω που δραμοῦσα ἡ ψυχὴ σωφροσύνην καθορᾷ καὶ δικαιοσύνην, ἀλλ' αὐτὴ παρ' αὑτῇ (sic leg. ex cod. Vatic.) ἐν τῇ καταναῆσει ἑαυτῆς καὶ τοῦ ἐ πρότερον ἦν, ὥςπερ ἀγάλματα ἰδρυμένα ὀρῶσα, οἷα ἐπὸ χρόνου ἰοῦ πεπλησμένα, καθαρὰ ποιησαμένη (ποιήσει MarcA.) οἷον εἰ (οἷα εἰ Vat. MonA. Ciz.) χρυσὸς ἐμψυχος εἴη, εἶτα ἀποχρουσάμενος ὅσον γεηρὸν αὐτῷ ἐν αἰνοίᾳ (foedo Basil. *ἀνοίᾳ* marg. Basil. Sic etiam in seqq. ed. Basil. et alii male ὄν. Lege, partim ex codicum vestigiis: ὅσον γεηρὸν ἐν αὐτῷ, ἐν ἀγνοίᾳ πρότερον ἐαυτοῦ ὤν), ὅτι μὴ χρυσὸν ἐώρα. τότε δὴ αὐτὸν (αὐτὸν Darmst. recte) ἤδη τοῦ χρήματος θαυμάσειεν, ὁρῶν μεμορφωμένον· καὶ ὡς οὐδὲν ἄρα ἴδει αὐτῷ κάλλους ἑκάστου, ἐνθυμοῖτο αὐτὸς πρατιστεύων, εἴ τις αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἐφῇ (ἰδεῖ Ciz.) εἶναι. Quorum verborum partim ex Platonis Convivio fluxerunt p. 216. p. 105 Wolf. — εἴ τις ἰδοιτο τὰ ἐντὸς ἀγάλματα — οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαστά κ. τ. λ. Alia illustrari possunt ex Platonis Sophista p. 228 c — e:

p. 315 seqq. Heind. Vicissim Plotinum ante oculos habuisse videtur *Porphyrius de immortal. anim.* ap. Euseb. P. E. XI. 28. p. 556 A. ubi, postquam vim animi, in hoc terreno corpore inclusi, divinam monstravit, ita pergit: πᾶς· εἰ τῷ λόγῳ χωρισθείη, ὥςπερ χρυσίον περιπεπλασμένου πηλοῦ, οὐκ αὐτόθεν ἂν τὸ ἑαυτῆς εἶδος ἐφήνατο, ὡς ἐμφερὲς οὐ μόνον τῷ Θεῷ (leg. οὐ μόνον ὂν τ. Θ.) ἀλλὰ καί κ. τ. λ. Illuc redeo. Communis hujusmodi locorum fons in Platonis potissimum Polit. est, p. 303 d. seq. p. 102 Bip. — Γῆν που καὶ λίθους καὶ πόλλ' ἄττα ἕτερα ἀποχρίνουσι πλάττοντι πρῶτον οἱ δημιουργοί· — μετὰ βασάνων — μόγις ἀφαιρεθέντα, τὸν λεγόμενον ἀκήρατον χρυσὸν εἶσιν ἡμᾶς ἰδεῖν αὐτὸν μόνον ἐφ' ἑαυτοῦ, et in sequentibus: ἃ δή τινι τρόπῳ βᾴστά τις ἀποκερίζειν, δείξει γυμνὸν καὶ μόνον ἐκεῖνον καθ' αὑτὸν τὸν ζητούμενον ὑφ' ἡμῶν. Vix deamus de aliis quibusdam imitationibus: Hierocles in Aurea Pyth. carm. p. 7 Londin. Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρυσὸς ἀκίβδηλόν τι, καὶ γῆς οὐκ ἀναπεπλησμένον, ὥςπερ τὰ συγγενῆ. — τοῦ οὖν γεώδους ἰοῦ κατὰ τὴν ἕνυλον κακίαν λαμβανομένου, τὸ ἅγιον καὶ καθαρὸν γένος, καὶ τὸ πάντη καθαρεῦον πονηρίας ἦθος, εἰκότως χρυσοῦν εἰλίχθη. Quae in verbis etiam consentanea sunt loco Plotiniano supra laudato. Caeterum ad utrumque confer Aristotelem, qui fertur, de Mirab. auscult. cap. 50. p. 97 ed. Beckm. qui de aere Indico ita: καὶ καθαρὸν καὶ ἀνίωτον (robiginis expers) ὡς μὴ διαγινώσκεσθαι τῇ χρόᾳ πρὸς τὸν χρυ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

φόν. — Julianus in Caesaribus p. 309. Apollinem de Augusto, cujus versutiam notaverat Silenus, ita dicere facit: — ἐγὼ γὰρ αὐτὸν τοῦτον Ζήνωνι παραδοὺς αὐτίκα ὑμῖν ἀποφανῶ χρυσὸν ἀκήρατον, ubi vid. Spanh. Epreuve des Remarques pag. 24. Eandem similitudinem auri puri adulterative ad mores virtutesque explorandas adhibuit Themistius Orat. XXI. p. 247. ubi et alia multa et hoc: — εἰ δέ τις τὸ δειότατον τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν κιβδηλεύων καὶ αἰσχύνων καὶ καπηλεύων ἐν τῇ πόλει ὑμῖν περιγοητήσειε κ. τ. λ. Contra generosum Pauli Apostoli animum auro comparat Iosmn. Chrysost. Orat. II. in laud. Pauli Apost. p. 48. ante Hemsterh. et Valeken. oratt. τί ἂν τις ἐκείνην καλέσειε τὴν ψυχήν; χρυσῆν ἢ ἀδαμαντίνην κ. τ. λ.

Addamus nonnulla ad Plotini haec: — χρυσὸς, καὶ ἔστι καλός, vid. supr. p. 51. p. 8 B. χρυσός τε δὴ πῶς καλόν; Non immorabor in eâ notatione, quantopere nativus priscorum poëtarum sensus praedicandâ auri pulcritudine gestiat, quod vel Homerici arguunt homines, quibus pulcra fere, quae aurea, ut vasa, alia Odyss. III. 41. 50. 467. V. 44 seq. Hinc tritum est aurea Diis potissimum attribui, Veneremque auream opinantur dici quia pulcra sit, Lucian. Charid. p. 278 Bip. Sectemur unum itemque alterum locum *philosophorum*. Ex his nonnulla excerpserunt graeci Interpretes ad Pindari Olymp. I. 1. et ad Pyth. X. 105. ubi item ut in Themistio l. l. καλός et κίβδηλος de auro inter se opponuntur. In Platonis tamen Hipp. maj.

p. 146 seqq. Heind. ridetur Hippias propter illud τὸ καλὸν χρυσὸν εἶναι, et jure meritoque; pronuntiaverat enim *ipsum Pulcrum* esse aurum. Itaque istum missum faciamus. In Arriani Dissertt. Epictett. I. 1. 51. haec leguntur: τί γάρ ἐστιν ἄλλο τὸ λέγον, ὅτι χρυσίον καλόν ἐστιν; αὐτὸ γὰρ οὐ λέγει. δῆλον, ὅτι ἡ χρηστικὴ δύναμις τοῖς φαντασίαις. Quo in loco haeret Schweighaeuserus p. 17. coll. T. III. p. 363. negans sibi liquere, quid sit Arriani illud χρυσίον καλόν. Quod ipsum jam luculenter patere arbitror ex locis, quos in medium protuli. Quibus adjiciendus est hic Jamblichi de vit. Pythagor. sect. 153. p. 129 Kust. παραγγέλλει δὲ, ἐν ἱερῷ ἄν τι ἀκούσιον αἷμα γένηται, ἢ χρυσῷ ἢ θαλάττῃ περιῤῥαίνεσθαι, τῷ πρώτῳ γενομένῳ καὶ καλλίστῳ τῶν ὄντων. σταθμάμενος κ. τ. λ. His explicitis spero nemini obscurum fore, nec quare Plotinus in hoc libro aurum *ens simpliciter pulcrum* dictitet, nec cur ejusdem naturâ *animi integri* naturam illustrare instituat.

Pag. 55. p. 40 A. καθαρθεῖσα ὅσα ἔχει σωματωθεῖσα. „*purgata ab iis rebus, quas consuetudine corporis acceperat.* Aliter Ficin. f. quid aliud in suo libro legit. *D. W.*“

Ex codd. nostris solus Vaticanus habet καὶ καθαρεῖσα (sic leg. in var. lect. h. l.) sed vulg. in marg. ἃ ἔχει σωματωειδεῖσα μείνασα μόνη. Reliqui nil discrepant ab edit. Basil. et recte. σωματόω apud Aristotelem Theophrastumque legitur. Ille de generat. animal. II. 4. ita: τὸ δὲ πεπεμμένον

UNIVERSITY OF MICHIGAN

σπέρμα πάχος ἴσχει καὶ σωματώσεως μᾶλλον; ubi Gaza vertit: magis corpulentum est. Hic de causs. plant. VI. 17. σωματοδίαιτος, de succis. Ad usum Plotinianum tenendus est Hermetis locus in Stob. Eclogg. pag. 730 Heer. τούτῳ τῷ λόγῳ ἕπεται τὸ καὶ ἀεὶ τὰ σώματα εἶναι. Διὸ καὶ αὐτὴν τὴν σωμάτωσιν φημὶ ἀΐδιαν ἐνέργειαν εἶναι, quod idem deinde σωματοποίησιν dicit. Haec vocis forma abest a Lexico Schneid. Hermias in Platon. Phaedr. p. 167. de ipsâ animâ compositum usurpat: ἡ ψυχὴ ἐνσωματοῦται. Hinc μετενσωματοῦσθαι et μετενσωμάτωσις vid. Wyttenb. ad Phaedon. p. 210 ibiq. Olympiodor. cod. III. pag. 27. Utroque et verbo et substantivo utitur Plotinus p. 378 F. ex quo loco quae huc faciunt excerpta dabo: διττὸς ὁ τρόπος τῆς εἰς σῶμα ψυχῆς εἰσόδου· — τῷ τε μετενσωματουμένῃ. — — ἢν δὲ μετενσωμάτωσιν οὐ λέγουσιν εἶναι. et in seqq. propius accedens ad nostri loci verba: — τί ποτέ ἐστι τὸ γινόμενον πάθος τότε, ὅτε ψυχὴ καθαρὰ οὖσα σώματος, ἴσχει περὶ αὐτὴν σώματος φύσιν.

Pag. 54. p. 40 A. — ἀπεθήκατο, *expurgare solet.* Tenenda h. l. et sexcenties apud unum Plotinum Aoristi vis, quâ quod *fieri solet* declarat. Quo de usu universe monuerunt Bachius ad Xenophont. Oeconom. pag. 7. Fischerus ad Weller. II. pag. 260 seqq. ut alios taceam. Platonica exempla nuper exhibuit Heindorf. ad Phaedr. pag. 275. et ad Phaedon. p. 78. Ei adde Wilketum ad Galeni Protrept. cap. 8. p. 96.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

pulchritudinis intelligitur, ex quo intellectus tanquam prima forma pulchritudinis effluit. Sed ab intellectu anima velut prima pulchritudinis participatio hascitur: caetera vero sub animâ secundam pulchritudinis participationem, tertiamque deinceps ab animâ nanciscuntur. Denique animam ipsam esse naturâ pulchram atque divinam inde conjicimus, quod in corporibus ibi praecipue pulchritudo refulget, ubi seminaria virtus animae, sive in universâ naturâ, sive in naturâ quâlibet sigillatim subjectum sortitur obediens." *Ficinus.*

Pag. 55. p. 40 A. ὡς ὁ παλαιὸς λόγος κ. τ. λ. ex Platone in Phaedone. *D. W.*" ubi vid. Wyttenb. pag. 176.

Pag. 55. p. 40 A. καὶ ἡ ἀνδρεία. Vid. var. lect. et confer quae supra monuimus ad pag. 54. p. 32 A. — καὶ ἡ σωφροσύνη — κάθαρσις, καὶ ἡ φρόνησις αὐτή. — Platonis in Phaedone (pag. 69 C. p. 21 Wytt. p. 60 Heind.) verba, quae Plotinus respicit, ita habent: — τὸ δ' ἀληθὲς, τῷ ὄντι ἦ κάθαρσίς τις τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία· καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ· καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει. Quo in loco Plotinus etiam legit: καὶ

αὐτὴ ἡ φρόνησις. Caeterum de hâc Platonis Platonicorumque sententiâ, quae ad Pythagoricos et Orphicos adeo relata est, non repetam quae copiose exposuit Wyttenbachius ad eum locum pag. 171 seqq. et ipse attigi in Mythologiâ IV. pag. 542 seqq. ubi Plotinianum etiam locum laudavi. De virtutibus καθαρτικαῖς vid. eundem interpretem p. 172. Easdem quas Plato Plotinusque enumerant quatuor virtutes et ipse recensens: γενικὰς ἀρετάς, generales virtutes, Aristotelem secutus nuncupat Mich. Psellus de omnif. Doctr. §. 51. p. 108. Etiam Cicero in *Hortensio*, quem in multis cum hoc Plotini libro congruere significavi, easdem enumerat, vid. Cicer. philoss. fragg. pag. 311. Atque Plotini caussâ unum alterumque locum subjiciam maxime ex hoc genere scriptorum: Plato ipse in Phaedro p. 242 e. p. 238 Heind. habet καθαρμὸν ἀρχαῖον de eo qui quod imprudenter fecerit emendat, cf. Hermiam in Phaedr. p. 110 seq. Idem Hermias ibid. p. 131. ita de animae corporisque inter se communione: — ὥ,περ μέντοι δ δίδωσι (ἡ ψυχὴ) τῷ σώματι φαινόμενά ἐστι καὶ οὐκ ὄντα, οὕτω καὶ ὧν αὐτὴ (sic etiam paullo antea legendum pro αὐτῷ) μεταλαμβάνει, ἄχρι φαντασίας καὶ τοῦ δοκεῖν, εἰς αὐτὴν ἴσασι καὶ καθάρσεως μόνον δεῖται. Pro εἰς αὐτὴν ἴσασι leg. εἰς μάτην ἀίσσει. Respexit locos poëtarum ut Homeri Odyss. X. 495. Euripid. Iphig. Aulid. 742. Luciani in Tragopod. vs. 26. — Easdem illas virtutes [12]

12) Haec admonent loci *Plutarchei e libro de pul-*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

pulcram animam efficere dicit Clemens Alexandr. Paedag. III. cap. 11. Κάλλος ἄριστον τὸ ψυχικόν· ὅταν ἡ κεκοσμημένη ψυχὴ ἁγίῳ πνεύματι καὶ τοῖς ἐκ τούτου ἐμπνεομένη φαιδρύμασι δικαιοσύνῃ, φρονήσει, ἀνδρίᾳ, σωφροσύνῃ, φιλαγαθίᾳ τε καὶ αἰδοῖ, ἧς οὐδὲν εὐανθέστερον χρῶμα ἑώραται πώποτε. Isidorus Pelusiota epist. I. 86. p. 28 A. — ἀρετὴ δὲ φρόνησίς ἐστι, δικαιοσύνη τε καὶ ἀνδρεία, καὶ σωφροσύνη. ὃς ἂν οὖν ἔχηται τούτων καὶ πάγκαλός ἐστι, καὶ περιβλεπτος, καὶ οὐδενὸς πρὸς εὐζωίαν λειπόμενος. De καθάρσει vid. Jambl. in libro de animâ ap. Stob. Ecl. p. 1056 seq. Heer. Πλωτῖνος δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Πλατωνικῶν ἀπόδεσιν τῶν παθῶν — τὴν τε-

critudine (cujus libri supra mentionem facere debebam in *Praeparat.* §. 3. De eo vid. Wyttenbachii Praefat. ad Plutarchi Moral. pag. LIV. et Heerenium ad Stobaeum II. 2. p. 210.) Illo autem loco, quem servavit Stobaeus Sermonn. 65. p. 408. ternas animi virtutes ternis corporeis componit Plutarchus. Locum integrum adscribam: Τί γὰρ οὐ σύνδετον φύσις ἀνθρώπων, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς; ἢ θάτερον ἀρκοῦν ἡμῖν; καὶ πῶς οἷόν τε; τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴη μὴ χρώμενον ψυχῇ· ψυχὴ δ' οὐκ ἂν εἴη μὴ ἔχουσα τὸ συνερεῖδον· τί οὖν ὥςπερ ἐξ ἴσου κοσμεῖται ἑκάτερα τοῖς συγγενέσιν· ἡ μὲν δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ καὶ φρονήσει· τὸ δὲ ἰσχύϊ καὶ κάλλει, καὶ ὑγείᾳ; καὶ πῶς οὐ θαυμαστὸν, λέγειν τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ, τὰ τοῦ σώματος ὑπερορῶντα;

λεωτάτην κάθαρσιν ὑπολαμβάνουσιν. Gregorius Nazianz. Orat. stel. 1 adv. Julian. p. 37 seq. Eton. loco longiore et qui etiam ad sequentia in Plotino adhibendus est; unde insigniora tantummodo apponam; describit sanctioris vitae studiosos homines: ὁρᾷς — τοὺς διὰ τὴν νέκρωσιν ἀθανάτους; τοὺς διὰ λύσιν θεῷ συνημμένους; τοὺς ἔξω πάθου, καὶ μετὰ τοῦ θείου καὶ ἀπαθοῦς ἔρωτος; ὧν — καὶ ἡ τοῦ νοῦ πρὸς θεὸν ἐκδημία προαρπαζομένου, ὧν ἡ κάθαρσις, καὶ ὧν τὸ καθαίρεσθαι, μηδὲν μέτρον εἰδότων ἀναβάσεως καὶ θεώσεως. Similia leguntur nonnulla apud Tertullianum in Apologet. cap. 40. fin. p. 350 Havero.

Pag. 55. p. 42 A. αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται. Intelligitur doctrina initiorum arcana sermonis circuitione tesserisque uti solita. De vario vocis τελεταί significatu vid. Ruhnken. ad Tim. p. 251 Ast. ad Platon. Phaedr. p. 230. et quae ipsi posuimus in Mytholog. IV. p. 534 seq.

Pag. 55. p. 42 A. εἰς ᾅδου κεῖσθαι ἐν βορβόρῳ. De praepositione εἰς pro ἐν vid. quos laudat Fischer. ad Weller. III. b. p. 155 seq. Nos teneamus ejusmodi locos ubi κεῖσθαι vel ejus composita similiter construuntur. De his exemplum est in Herodot. VIII. 60. 2. ubi vid. Wessel. et Valcken. ad VIII. 71. pag. 651. Simplex exstat apud Euripid. Iphigen. Taur. vs. 620. εἰς ἀνάγκην κεῖμεθα, cf. Porson. ad Phoeniss. vs. 1381. et Lobeck. ad Sophocl. Ajac. 80. Sed h. l. jungendum est κεῖσθαι

UNIVERSITY OF MICHIGAN

sequentibus ἐν βορβόρῳ. — εἰς ᾅδου pro ἐν ᾅδου. Vid. Act. Apost. II. 27. et adhibe Raphelium in Observatt. II. p. 148. Neque igitur est cur ex Platonis verbis in Phaedone εἰς ᾅδου ἀφίκηται Plotino forte quis affingat: ἀφιγμένον εἰς ᾅδου, sed potius dicendum: εἰς ᾅδου usurpasse eum, quod continuo addere vellet ἐν βορβ. κ. Contra Noster p. 80 G. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐν ᾅδου ἐλθόντα, ἐπικαταδαρθεῖν. Ad illam locutionem adhibe Hemsterh. ad Lucian. Prometh. p. 203 Bip. et, quem in Mythol. IV. pag. 542 laudavi, Wyttenb. ad Phaedon. pag. 22.

Pag. 55. p. 42 A. διὰ κάκην. Sic reposui ex codd. meis plurr. vid. var. lect. κάκη pro κακία Platonicum. Primarius locus est Phaedri p. 345 B. βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων κ. τ. λ. quem permulti deinceps expresserunt, vid. Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. pag. 152. et quem is laudavit Wyttenb. in epist. crit. p. 48. Adde Photium in Lex. gr. p. 94. qui et ipse Platonicâ utitur auctoritate. Cf. Schleusneri Cur. noviss. in Phot. Lex. p. 92. Locis quos laudarunt duumviri Batavi adde nostrum itemque hos et ipsos Plotinianos pag. 719. cap. 28. — τοῦτο δ' ἔχουσα (ἡ ὕλη) ἀφεῖναι αὐτῆς θελήσει τὴν κάκην, ubi ed. Basil. perperam κακίν. Contra p. 80 G. Εἰ δέ τις ἀυδένειαν ψυχῆς τὴν κακίαν λέγοι, εὐπαθῆ γοῦν καὶ εὐκίνητον εἶναι τὴν κακίαν κ. τ. λ. Legendum videtur secundo loco τὴν κακὴν scil. ψυχήν. Sic certe Ficinus legit, et cod. Vatic. 1902 diserte exhibet.

Pag. 55. p. 42 A. B. τὸ μὴ καθαρὸν βορβόρῳ — φίλον· οἷα δὴ καὶ ὗες οὐ καθαραὶ τὸ σῶμα χαίρουσι τῷ τοιούτῳ. Junge alterum locum infra pag. 56. 58 G. ὁ ἐχόμενος τῶν καλῶν σωμάτων — τῇ ψυχῇ καταδύσεται εἰς σκοτεινὰ καὶ ἀτερπῆ τῷ νῷ βάθη, ἔνθα τυφλὸς ἐν ᾅδου μένων — σκιαῖς συνέσται. Ad verbum nostro loco congruit hic Plutarcheus Sympos. IV. p. 671 A. de suibus: — οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ θαλερὸν περὶ τὴν δίαιταν τοῦ ῥέμματος ἔχει τινὰ πονηρίαν· οὐδὲν γὰρ ἄλλο βορβόρῳ χαῖρον οὕτω καὶ τόποις ῥυπαροῖς καὶ ἀκαθάρτοις ὁρῶμεν κ. τ. λ. Item Clemens Alex. Protrept. p. 75. ὗες — ἥδονται βορβόρῳ, nec aliter Stromat. I. p. 270. Cum Plutarcheo loco comparari potest hic Philonis Judaei de Agricult. Tom. III. p. 64 Pfeiff. Διὸ καὶ παγκάλως τοὺς οὕτω βιοῦντας τῶν σοφιστῶν ὁ νομοθέτης τῶν συῶν παραβάλλει γένει, διανγεῖ μὲν οὐδενὶ καὶ καθαρῷ, θολερῷ δὲ καὶ βαραθρώδει βίῳ καὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐμφερομένοις (ἐμφυρομένῳ editor [13]). In multis concuit *Lysis* Pythagoreus in

13) De hâc confusione supra diximus ad p. 54 D. Quod idem Philoni βορβορώδει reddendum censet pro βαραθρώδει: dubitationem afferunt nonnulla, v. c. LXX interprett. Jesaj. XIV, 23. de evertendâ funditus Babylone: καὶ θήσω αὐτὴν πηλοῦ βάραθρον. Clemens Alexandr. Strom. IV. p. 568. — ζωὴ δὲ οὐ χωρισμὸς τῆς ἁμαρτίας. πολλοὶ δὲ οἱ ἐν ποσὶ χάρακες καὶ τάφροι τῆς ἐπιθυμίας· τάτε ὀργῆς καὶ θυμοῦ βάραθρα κ. τ. λ. Libanius de vitâ suâ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

egregiâ epistolâ dorica ap. Jamblich. de vit. Pythagor. XXVII. 77. p. 64 Kust. Notat eos qui perverse doceant: — *οὐδὲ πάγας, ταῖς οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τὼς νέως ἐμπλέκοντι, — — ἐγκίρνασει*

p. 4. — *ἦν κίνδυνος, ἠγεμόσι τοφλοῖς ἐπόμενον εἰς βάραθρον ἁμαθίας πεσεῖν.* Cf. Wetsten. ad Matth. XIV. 15. et quae praeterea laudantur in Biblioth. crit. Amstel. Part. X. p. 84. Junguntur autem saepius notiones *abyssi, caliginis* et *immunditiei*, ut et Plotiniani loci et Lysidis et Gregorii declarant, quos cum Philone contulimus. Est quoque exquisitius vocabulum *βαραθρώδης*, cf. Plutarch. Lycurg. cap. 16. pag. 219 Leopold. Quod si alterum placet, neque enim pugno, hic locus Philonis addi debet reliquis, quos docte congessit Hadr. Junius ad Adagia Erasmi pag. 311 seq. *Caliginis*, ut hoc utar, *sordium*que mentionem junxit *Marc. Antoninus* V. 10. p. 153. *μετὰ τοῦτο ἔπιθι ἐπὶ τὰ τῶν συμβιούντων ἤθη, ὧν μόλις ἐστὶ καὶ χαριστάτου ἀνασχέσθαι, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ ἑαυτόν τις μόγις ὑπομένει.* (*τις* abest a cod. quem in manibus tracto) *ἐν τοιούτῳ οὖν ζόφῳ, καὶ ῥύπῳ, καὶ τοιαύτῃ ῥήσει* (*καὶ τοσαύτῃ ῥύσει* Cod. „*in tanto flumine*“. Hoc plane conjecerat Gatackerus) *τῆς τε οὐσίας, καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τῶν κινουμένων, τί ποτ' ἐστὶ* (*τί ποτέ ἐστι* cod.) *τὸ ἐκτιμηθῆναι, ἢ τὸ ὅλως σπουδασθῆναι δυνάμενον, οὐδ' ἐπινοῶ.* Illud mendum ex graeco interpr. Hesiodi p. 237 Heins. eluit Graevius not. mscr. — *χάος· χυτὸν γὰρ καὶ ῥυτὸν τὸ ὕδωρ.* Sic leg. pro *ῥητόν.*

γὰρ ἤδεσι τεταραγμένοις τε καὶ θολεροῖς διαῤῥήματα καὶ λόγως θείως· καθάπερ εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβόρου πλῆρες ἐγχέοι καθαρὸν καὶ διειδὲς ὕδωρ. τόν τε γὰρ βόρβορον ἀνετάραξε, καὶ τὸ ὕδωρ ἠφάνισεν, ubi *codex mscr.* cujus excerpta mecum communicavit Schweighaeuserus vir mihi amicissimus (plane ut cod. Franequer. et Ciz. vid. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 151. p. 327 Schaef.) exhibet ἐπαφάνιξεν, quod Lexicis addendum, pro ἠφάνισεν, et praeterea pro βορβόρου, βορβόρῳ, quod nec minus dialectus sibi vindicat. Adagium autem attigit Petrus Apostolus 2 Epist. II. 22. et exornavit Gregorius Nazianz. Orat. I. in Julian. p. 28. de Juliano ex baptismo ad sacra gentilium transeunte: αἵματι οὐκ ὁσίῳ τὸ λοῦτρον ἀποῤῥύπτεται — ὃς ἐν βορβόρῳ κυλισθεὶς κατὰ τὴν παροιμίαν. Cf. Simonidem de mulierib. vs. 3 seq. — βορβόρῳ πεφυρμένα — κυλινδεῖται χαμαί. Paullo ante Gregorius in eâdem oratione junxerat caliginis et coeni significationem, p. 24. ἀλλὰ βαθεῖ βορβόρῳ, τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ ἀφίγγει ζόφῳ πλάνης καὶ ἀγνοίας συνεκαλύφθη. cf. Antonin. l. l. Aristides Eleusin. Tom. I. p. 259 Jebb. ἐν σκότῳ τε καὶ βορβόρῳ κειμένους, cf. Platon. Phaedr. p. 256 d. p. 282 Heind. Εἰς γὰρ σκότον καὶ τὴν ὑπὸ γῆς πορείαν κ. τ. λ. neque enim attinet notiora apponi. *Olympiodorus comment. mscr. in Platon. Gorg.* de Hercule: διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Ἡρακλῆς τελευταῖον ἆθλον ἐν τοῖς ἐσπερίοις μέρεσιν ἐποιήσατο, ἀντὶ (add. τοῦ) κατηγωνίσατο τὸν σκοτεινὸν καὶ χθόνιον βίον, καὶ λοιπὸν ἐν ἡμέρᾳ, ὃ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ἐστιν ἐν ἀληθείᾳ καὶ φωτὶ ἰδῃ. Ibidem antea elysii campi revocantur ad significationem conditionis, quae ab hujus vitae sordibus sit libera. *Nonnus narrat. miscr.* ad Gregor. Nazianz. Orat. in laud. Basil. Magn. in *cod. Monac.* nr. 131. de Minoë et Rhadamantho: λέγουσιν οὖν περὶ τούτων οἱ ποιηταὶ καὶ Πλάττων (leg. Πλάτων) δὲ αὐτὸς, ὅτι τούτους ἀποθανόντας οὐχὶ δέχεται σκότος ἀλλὰ μακάρων νῆσοι (αἱ Max. v. Eudocia in Violar. p. 292.) καὶ ἠλύδιον πεδίον (καὶ τὸ Ἠλύσιον π. *cod. Monac.* nr. 163. et Eudocia. Notum est enim magnam rerum partem ex iis Nonni scholiis ab Eudociâ esse descriptam. Vid. Wyttenb. in Bibl. crit. VII. p. 7. Bastium ibid. XII. p. 58. et ad Gregor. Corinth. p. 74.). Quae singula nemo non videt ad Plotini vel verba vel sententiam illustrandam facere. Maxime eodem facit *ipsius* locus geminus in libro *unde sint mala*, p. 80 E. F. quem in clausulâ adjiciam: γίνεται γὰρ (al. δὲ) παντάπασιν ἐν τῷ τῆς ἀνομοιότητος τόπῳ, ἔνθα δὺς εἰς αὐτὴν εἰς βόρβορον σκοτεινὸν ἔσται πεσών· ἐπεὶ καὶ εἰ παντελῶς εἴη (Ficin. et marg. Basil. recte ἴοι) ἡ ψυχὴ εἰς παντελῆ κακίαν, οὐκέτι κακίαν ἔχει, ἀλλ' ἑτέραν φύσιν τὴν χείρω ἠλλάξατο· (cf. supra p. 54 E. p. 38. — εἶδος ἕτερον ἠλλάξατο) ἔτι γὰρ ἀνθρωπικὸν κακία, μεμιγμένη τινὶ ἐναντίῳ· ἀποθνήσκει οὖν ὡς ψυχὴ ἂν θάνοι. καὶ ὁ θάνατος αὐτῇ καὶ ἔτι ἐν τῷ σώματι βεβαπτισμένῃ ἐν ὕλῃ ἐστὶ κατακαῦναι καὶ πλησθῆναι αὐτῆς· καὶ ἐξελθούσης (leg. ex codd. ἐξελθοῦσα) ἐκεῖ κεῖσθαι, ἕως ἀναθερμῇ καὶ ἀφέλῃ πως τὴν ὕψιν ἐκ τοῦ βορ-

βόρσον. Haec simul conferenda sunt cum iis, quae Plotinus nostro loco (p. 42 B.) continuo subjicit *de morte animae.*

Pag. 55. p. 42 B. τί γὰρ ἂν καὶ εἴη σωφροσύνη ἀληθὴς ἤ. Sic scripsi secutus plurr. codd. pro εἰ, vid. var. lect. Atque ἤ requiritur in similibus formulis, etiam ubi ἄλλο praemittitur. Vid. exempla ab Heindorf. ad Phaedon. p. 32. congesta, et cf. Boisson. ad Philostrat. Heroïc. p. 439. τί γὰρ ἄν frequentatur etiam in hâc locutione: τί γὰρ ἂν πάθοι τις. Cf. Gatack. ad Marc. Antonin. XII. 16. p. 428. et nonnunquam addito etiam καί, velut in hoc loco Galeni Protrept. cap. 6 fin. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοιεν, ubi vid. Willetum p. 85. De σωφροσύνῃ pluribus agit Plato de Republ. IV. pag. 430 d. seqq. p. 348 seqq. Bip. coll. p. 373. De Legg. III. p. 172. et alibi. Cf. Aristotel. Rhetor. I. p. 33 Sylb. et qui ab Aristotele sumsit Mich. Psellus de omnif. doctr. §. 51. 57. Adde Philonem Jud. de Fortitud. p. 173 A. B.

Pag. 55. p. 42 B. ἡ δὲ ἀνδρεία, ἀφοβία θανάτου. De hâc virtute et saepissime et copiosissime disputat Plato, ut de Republ. IV. p 346 seqq. p. 372 Bip. Legg. I. p. 22 seqq. Bip. Lachete p. 198. Alcib. I. p. 135 Buttm. ubi Olympiodorus plura, quae nunc non moramur. Item hujus virtutis quasi quandam definitionem habes in Cratylo p. 414 d. p. 102 Heind. Adscribam locum super hâc virtute venustum, neque eundem alienum ab hujus libelli argumento universo, et quem ab iis teneri velim,

UNIVERSITY OF MICHIGAN

qui inepte philosophando bonis adolescentibus fucum facere solent. Est autem *Aristidis* in Oratt. Platonn. pro Quatuorvir. p. 182 Jebb. Quaerit orator quidnam melius in illo rerum graecarum discrimine facere potuerit, quam fecit, Themistocles. Tum eleganter cavillans sic pergit: πότερ' εἰς τὴν πνύκα (in cod. necdum collato secunda manus docte correxit: πύκνα) συλλιξαντα Ἀθηναίους περὶ τῶν ἰδίων αὐτοῖς (χρῆν) διαλέγεσθαι, καὶ διδάσκειν τί αὐτοδίκαιον· καὶ τί αὐτοκαλόν (sic cod. plane ut Jebb.) καὶ τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; ταχέως μέν τ' ἂν αὐτοὺς καὶ γένεσις καὶ τὸ εἶναι καὶ πάντα ἐπέλιπεν· ἀλλ' ὅθεν ἀνδρία τὸ πρῶτον ἐκλήθη, καὶ ὅθεν δειλία ζητεῖν κ. τ. λ. Ad extrema Scholiastes editus citat Platon. Timaeum, *ineditus* Cratylum. Sed quidni scholion integrum apponam? τὸ πρῶτον εἶπε πάλιν, ὡς πρὸς τὰς ἰδίας· ὅτι ἐκεῖθεν ἡ παρ' ἡμῖν ἀνδρεία (sic Schol. Codex ipsius Aristidis ἀνδρία) κατάγεται. ἔστι δὲ αὐτῷ Κρατύλος διάλογος, ἔνθα περὶ τῆς τῶν νοημάτων (haud dubie legendum ὀνομάτων uti codd. Cratyli, quod sciam omnes item Darmstad. et vulgaris ista confusio.) ὀρθότητος διαλέγεται καὶ ἐτυμολογεῖ, φιλοσόφως διδάσκων· ἑτέρα δὲ ἡ τοῦ φιλοσόφου ἀνδρεία καὶ ἑτέρα ἡ τοῦ στρατιώτου. Ad hanc pertinent haec *Nonni* in Narratt. ad Gregor. Nazianz. Oratt. in *cod. Monac.* nr. 131. „Lacedaemonii sacris quibusdam diebus invicem se verberabant: — καὶ ἀνδρείαν τινὰ ἐκ τούτου ἐπαιδεύοντο· ἵνα ἀνδρικῶς (καρτερικῶς Eudocia in Violar. p. 274.) ἔχοιεν

περὶ τοὺς πολέμους· ἐτίμων δὲ οἱ Ἕλληνες (Λάκωνες Eudoc. recte) ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν μαστίγων τὴν Ἀρτεμιν. ταύτην οὖν καλεῖ Θεὰν παρθένον· (τ. γὰρ λέγουσι π. Θ. Eudoc.) ἀνδρικὴ γὰρ (καρτερικὴ γὰρ ἡ Θεὸς Eudoc.) ὑπεράνω πάσης θειλίας καὶ εὐπαθείας."

Pag. 55. p. 42 B. ὁ δέ ἐστιν ὁ θάνατος, χωρὶς εἶναι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος. Teneatur formula: ὃ δέ ἐστιν ὁ θάνατος: „Quod vero mortem attinet, est mors", vel: „Quod si quaeris, mors quidnam sit, est." Cf. Platon. Euthyd. pag. 271. p. 371 c. seq. Heind. Ὁ δὲ σὺ ἐρωτᾷς τὴν σοφίαν αὐτοῖν, θαυμάσι' ὦ Κρίτων, (scil. εἰσὶ) πάνσοφοι ἀτεχνῶς. Add. Gorgiam p. 483. p. 421 A. ibiq. Heindorf. qui plura dabit. — Ad sententiam de morte et hominis et animi redigenda in memoriam ea sunt, quae proxime supra (ad p. 42 A. B.) ex Plotini libro *unde mala* (p. 80 E. F. Basil.) exhibuimus, itemque quod pag. 54 D. erat scriptum: πολλῷ τῷ θανάτῳ κεχραμένην. — Hoc loco admonebo *Novi Testam.* locorum, ut Rom. VII. 24. et quae plura ibi in eam sententiam exponuntur. Apponam *Philonis* locum Leg. Allegor. I. pag. 180 Pfeiff. Ὅτι διττός ἐστι θάνατος, ὁ μὲν ἀνθρώπου, ὁ δὲ ψυχῆς ἴδιος· ὁ μὲν οὖν ἀνθρώπου χωρισμός ἐστι ψυχῆς ἀπὸ σώματος (cf. Platon. Phaedon. p. 64. p. 40 seqq. Wytt. Gorg. p. 524 B. p. 267 Heind. unde etiam Plotinianum illud manavit.) ὁ δὲ ψυχῆς θάνατος, ἀρετῆς μὲν φθορά ἐστι, κακίας δὲ ἀνάληψις· — καὶ κατ' ἐξοχὴν θάνατον

ὃς ἐστι ψυχῆς ἐντυμβευομένης πάθεσι καὶ κακίαις ἀπάσαις κ.τ.λ. Totus autem locus conferri debet, et addi *ejusdem* alter de Profugis p. 248 seqq.

Pag. 55. p. 42 B. μεγαλοψυχία δὲ δὴ, ὑπερ- ὑψία τῶν τῇδε. De hâc virtute vid. Platon. Alcib. I. p. 140 c. p. 183. ubi tamen est inter honestiora *amentiae* vocabula, et ejus est qui inferiora magno suo animo despicit, cf. ibid. Buttm. p. 226. Alia de hoc vocabulo legas apud Aristotelem Ethic. Nicomach. I. 10. IV. 3. p. 65 ed. Sylb. Rhetor. I. 33. p. 33 Sylb. Ei opponitur μικροψυχία, *abjectus demissusque animus*. Cf. Graev. ad Ciceron. epistol. Attic. IX. 11. p. 65. ubi quod codd. vulgo exhibent μακροψυχία non graecum esse docet. Ad Plotini sententiam faciunt hi ecclesiae doctorum loci. Prior est J. Chrysost. Homil. I. in 1 epist. Corinth. 1. p. 10. Qui, posteaquam Moysen praedicavit, qui *spreverit splendorem regum Aegypti*, haec subjicit: καὶ γὰρ ἡ ἀπόνοια ἀπὸ εὐτελοῦς γίνεται διανοίας καὶ ἀγενοῦς ψυχῆς· καὶ ἡ ἐπιείκεια ἀπὸ μεγαλόφρονος, ἀπὸ μεγαλοψύχου γνώμης. Paullo post in eandem mentem de Abrahamo addit: ἀπὸ πολλῆς ὑψηλοφροσύνης καὶ μεγαλοφυοῦς διανοίας ἐποίει. Similiter *Gregorius Nyssenus* de Resurrectione (in Ioann. Chr. Wolfii Anecdott. II. p. 308.) homines qui sensibus obnoxii sublime spectare nequeunt μικροψύχους dicit, et addit, non posse eos perspicere vera ὑπὸ μικροψυχίας. Caeterum si quis forte supra initio capitis sexti μεγαλοψυχίας mentionem item inserendam

esse censeat, quoniam h. l. in enumeratione virtutum singularum occurrat: cum eo ego non fecerim propter Platonis locum ex Phaedone in ipso hujus capitis initio a me laudatum.

Pag. 55. p. 42 B. C. ἡ δὲ φρόνησις — — ἐν ἀποστροφῇ τῶν κάτω. Hanc virtutem explicat Plato de Legg. III. p. 129. p. 131 Bip. itemque Aristoteles Ethic. VI. 5. p. 102 seqq. Sylb. Rhetor. I. 33. p. 33. — ἐν ἀποστροφῇ τῶν κάτω, — ἄνω — ἄγουσα, cf. p. 56 E. μηδ' ἐπιστρέφειν αὐτὸν εἰς τὰς προτέρας ἀγλαΐας σωμάτων. De ἐπιστροφῇ contrariâ, sive de conversione hominum per deos, cui adjuncta est ἡ ἀποστροφὴ τῶν κάτω, pluribus disputat *Proclus* Institut. Theolog. sect. 158. pag. 482 seq. unde haec apponam: διότι πᾶν τὸ ἐπιστρέφον [ἢ πρὸς ἑαυτὸ ἐπιστρέφει, ἢ πρὸς τὸ κρεῖττον. Sic lacunam explet *cod. Argentor.* optimus] τοῦ δὲ ἀναγωγοῦ ἐνέργημα (τὸ ἐνέργ. idem) κατὰ τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπιστροφὴν χαρακτηρίζεται, ὡς εἰς τὸ ἄνω καὶ τὸ (abest a cod. h. l. articulus) θειότερον ἄγον (ἄγει cod.) τὸ ἐπιστρεφόμενον.

Pag. 55. p. 42 — 44 C. D. γίνεται — ἡ ψυχὴ καθαρθεῖσα εἶδος, καὶ λόγος, καὶ πάντη ἀσώματος καὶ νοερὰ, καὶ ὅλη τοῦ θείου — — τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν ψυχὴν γίνεσθαι, ὁμοιωθῆναι εἰς θεῷ. In primario hoc decreto primum videamus de Platone: inde veniemus ad Plotinum et reliquos. Ac quomodo homo natus possit similis reddi Deo.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

(ὁμοιοῦσθαι θεῷ) pluribus locis disserit Plato, ut de Republ. X. pag. 613 A. coll. VI. pag. 500 C. D. Legg. IV. p. 716 B. C. inprimis Theaet. p. 176 B — E. p. 400 seq. Heind. Cf. Plutarch de S. N. V. p. 15 et p. 27 ed. Wytt. et Morgenstern. de Platon. Republ. pag. 153 seqq. Adde *Aristid.* Orat. Platon. pro Quatuorvir. T. II. p. 154 Jebb. e quo loco, est enim longior, haec paucula describam: — ἐὰν δέ τις τὸν βίον ἐξ ἴσου τοῖς λόγοις κατασταθῇ, καὶ μὴ μόνον λέγων εἰς κάλλος ἀλλὰ καὶ ζῶν ᾖ φανερός, ubi *Scholiastes mscr.* ex Platone adscripsit hanc philosophiae definitionem: φιλοσοφία ἐστὶν ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, cui adhibe Suidam T. II. p. 694 Kust. ubi de ὁμοιώσει *duplici* agitur, et ex *Plotino* item laudatur ὁμοίωσις τῷ Θεῷ. Atque Plotinus, appositе ad nostrum locum, p. 719 infr. et p. 720 supr. comprobare studet: „quo separatior aliqua forma a materiâ sit, eo gradatim eam magis speciem (εἶδος) evadere magisque bonam: ἀλλ' εἶδος (εἶ addidi ex codd.) τὸ ἀγαθὸν πανταχοῦ, καὶ μᾶλλον ἐπαναβαίνουσι μᾶλλον εἶδος, μᾶλλον γὰρ ψυχὴ εἶδος (fort. ψυχῆς εἶδ.) ἢ σώματος εἶδος, καὶ ψυχῆς τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δ' ἐπὶ μᾶλλον καὶ νοῦς ψυχῆς.“ De gradibus quibus ad deum pervenitur, *Porphyrius* etiam disputat cum alibi, tum in Sentent. nr. 34. unde Psellus multa desumsit de omnifar. doctr. 55. p. 110. Ad Plotini locum faciunt praecipue haec *Jamblichi* de myster. Aegypt. X. 7. p. 178. Αὐτὸ τάγαθὸν, τὸ μὲν θεῖον ἡγοῦνται τὸν προεννοούμενον θεόν· τὸ δ' ἀνθρώπινον,

τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν· — οὐδὲ περὶ σμικρῶν οἱ θεουργοὶ τὰς θείου νοῦν ἐνοχλοῦσιν· ἀλλὰ περὶ τῶν εἰς ψυχῆς κάθαρσιν καὶ ἀπόλυσιν καὶ σωτηρίαν ἀγωνώντων. Extrema haud inepte conferas verbis Paullinis 1 Corinth. I. 30. ubi ἁγιασμὸν Grammatici explicant κάθαρσιν. Accipiunt autem haec omnia de *purgatione animae ipsiusque in mentem conversione* lucem a libello *Procli* περὶ ἐνώσ. κ. τ. quem supra exhibui, ubi vid. praefat. p. 74 seqq. et ipsum scriptum p. 84 seqq. Hic *ejusdem Proeli* alium locum subjiciam, cui mederi rursus possum ope egregii *cod. Argentoratensis:* Institut. theol. sect. 193. pag. 486. Πᾶσα ψυχὴ πάντα ἔχει τὰ εἴδη, ἃ ὁ νοῦς πρώτως ἔχει. [εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ πρώτως, καὶ νοῦς ὁ — sic locum mutilum explet cod.] ὑφεστάτης τῆς (articulum non habet cod.) ψυχῆς, καὶ αὐτῷ τῷ εἶναι ἀκίνητος ὢν πάντα ὁ νοῦς παράγει, δώσει καὶ τῇ ψυχῇ („recte, nec quidquam aliud desideratur: continetur his verbis apodosis periodi, ab εἰ γάρ incipientis" *Schweighaeuserus* in excerpt. Videlicet Fabricius majorem h. l. lacunam subesse ratus ita scripserat: — παρέχει. δώσει * * τῇ ψυχῇ) τῇ ὑφισταμένῃ τῶν ἐν αὐτῷ (sic recte cod. ἐν αὐτῇ ed.) πάντων οὐσιώδεις λόγους. πᾶν γὰρ τὸ τῷ εἶναι ποιοῦν (τὸ addit cod. recte.), ὅ ἐστι πρώτως, τοῦτο τὸ γιγνομένῳ δευτέρως μεταδίδωσι (ἐνδίδωσι cod.). τῶν νοερῶν ἄρα εἰδῶν ψυχὴ δευτέρως ἔχει τὰς ἐμφάσεις· Atque sic sexcenties ille codex librum integrat, quem lacunosissimum e suo edidit Fabricius. Hoc magis faciam, ut ex hoc potissimum aliisque libris

UNIVERSITY OF MICHIGAN

mscrr. integrum naneiscantur librum Platonicae theologiae studiosi. Quamopere autem hic locus ad Plotiniana illa faciat, non est quod operose commonstrem. Neque magis explicabo h. l. insignem opinionum discrepantiam quâ inter se dissidebant ipsi Platonici, cum quaerebant: *quatenus homo natus Dei similis evadere possit.* — καὶ πάντῃ ὅσιος. Notum est variari in hujus scriptione vocabuli, cf. Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 213 edit. Schaef. H. l. iota subscriptum omittit edit. Basil. et ubique is, quem ipse inspexi, codex Darmstadinus.

Pag. 55. p. 44 C. τὸ κάλλος αὐτῇ οἰκεῖον κ. τ. λ. Cicero Academ. II. 12. — „id quod accommodatum ad naturam appareat (Graeci οἰκεῖον appellant)." De voce et sententiâ plura monuimus supra ad verba ἑπακτὸν καλόν pag. 54 p. 36 D. Ibidem attendenda est plurimorum codd. et Ficini lectio μόνον ψυχῇ pro μόνῃ, et veriorem illam arbitror.

Pag. 55. p. 44 D. ὁμοιωθῆναι εἶναι θεῷ, ὅτι ἐκεῖθεν τὸ καλὸν — τῶν ὄντων. „Cod. Vossian. addit εἶναι ante θεῷ, bene. *D. W.*"

Sic item codd. plerique et Ficin. nec dubitavi recipere. Quod idem Vossian. καὶ omittit ante ἡ μοῖρα, nec ipsum ineptum, licet fortasse non Plotinianum. Sententiam illustrabunt haec ex ipsis Enneadibus, *de bono et una* p. 768 A. — γεννᾷ δὲ (ψυχὴ) κάλλος, γεννᾷ δικαιοσύνην, γεννᾷ ἀρετήν·

ταῦτα γὰρ κύει ψυχὴ πληρωθεῖσα θεοῦ. Et Plotini sectator *Aurelius Augustinus* saepius de Deo ut fonte pulcritudinis disputat, velut Confess. X. 53. quem locum supra ad pag. 51 G. laudavi, itemque in epistol. ad Marcellum 138. p. 412. quem hîc subjiciam : — „quid quandoque impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat, minuatve immutabilis mutabilium sicut creator, ita moderator, donec *universi seculi pulcritudo*, cujus particulae sunt, quae suis quibusque temporibus apta sunt, velut magnum carmen cujusdam ineffabilis modulationis excurrat, atque inde transeant in aeternam contemplationem *speciei*, qui *Deum* rite colunt, etiam cum tempus est fidei.“

Pag. 55. p. 44 D. ἡ δὲ ἑτέρα φύσις, τὸ αἰσχρόν. Cf. locum geminum supra p. 54 F. καὶ ἔστι τοῦτο αἶσχος ψυχῆς μὴ καθαρᾷ εἶναι, et inprimis alterum p. 463 A. Basil. ἡ δὲ ἑτέρα φύσις κ.τ.λ. qui totus cum nostro conferri debet. Adde tertium ex libro de *intelligibili pulcritudine* p. 559 A. qui commentarii usum nostro praestat : — καὶ αὐτοὶ καλοὶ (sic recte codd. plurr. pro καλόν) τῷ αὐτῶν εἶναι (alii codd. αὐτῶν minus bene) · αἰσχροὶ δὲ ἐπ' ἄλλην μεταβαίνοντες φύσιν κ. τ. λ. „ipsi pulcri sumus, eo quod nostri sumus (nostri juris facti sumus, *Ficinus*) : turpes, quando in aliam transimus naturam.“ Conjuncta sunt haec cum Platonis doctrinâ de ἑτέρῳ sive θατέρῳ, de quo cf. Ast. ad Phaedr. p. 290. ibiq. Plato Tim.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

35 seq. Plutarch. de virtutibus p. 441 seq. Pollux V. 169 seq. p. 562 seq.

Pag. 55. p. 44 D. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρῶτον κακόν. Quod h. l. Ciz. dat καλόν, pertinet ad frequentem lapsum librariorum; de quo vid. Dorvill. ad Charit. VIII. 4. Rhoer. ad Porphyr. de Abstin. p. 291. Schweighaeuser. ad Epictet. III. 14. 1, III. 25. 2. Sic in Luciani Piscatore p. 120 Bip. unus liber pro καλοὺς — λόγους speciosius quam verius habet κακούς. Atque in Plotino p. 715 B. idem Ciz. liber pro κακῶν rursus dat καλῶν, ne plura congeram in re satis vulgatâ.

Ibid. ὥςτε κἀκεῖνο ταὐτόν. „Cod. Vossian. [itemque Vatic. MarcA. MonC.] κακείνῳ. f. legendum κἀκείνως, i. e. *etiam illâ ratione. D. W.*"

Vides optimos e libris nostris h. l. cum Vossiano facere. Quod mox ἢ τἀγαθόν τε in codicibus plurimis legitur, idem in suis legisse videtur Ficinus.

Pag. 55. p. 46 E. καὶ τὸ πρῶτον θεῖον τὴν καλλονὴν, ὅπερ καὶ τἀγαθὸν, ἀφ' οὗ τοῖς — ψυχὴ — τὰ δὲ ἄλλα ἤδη καλά. Pro ἤδη quatuor codd. εἴδη exhibent, vid. var. lect. Illud tamen in suis libris legit Ficinus, vertens: *jam* pulchra (ubi *jam* eximendum est ex uncinis). — Sententia ipsa primaria est, ideoque a nobis breviter explicata supra in *Præparatione* p. CXIII seq. Hìc et Platonis et Plotini plures loci indicandi sunt, et unus alterque eorum scriptorum, qui ex utroque pendere viden-

ge Hippiam majorem p. 295 seqq. 181 ficinl. Quo in dialogo cum n utramque partem accipiatur: hoc t satis extra dubitationem positum *non sejungi debere a Pulcro.* Hi eandem rem etiam in Alcibiade di p. 115 seq. p. 135 — 136 Buttm. (disputationi *Procli* locum fecerant. *ἐνθσ. κ. κ.* p. 107 seqq.) Ex ist sermonum quasi velitatione ad jus nem eam rem revocat Plato in F 64 seq. E. p. 317 seqq. Bip. ubi su intimâ necessitudine, quae *Boni Pulcrum* intercedat. Nec minus serio agitur, ut quod *vere pulcru* telligatur *bonum* esse, vid. cap. 2 Wolf. et quae deinceps ex persor rius de hoc argumento disputantur. exquiramus *Plotini* sententiam de *primo Pulcro deque gradibus pu*

UNIVERSITY OF MICHIGAN

impertiri. Continuo subjicitur haec quaestio: numquid anima suapte naturâ pulcrum ipsum sit. (τί οὖν ψυχὴ παρ' αὐτῆς — sic recte ooil. Darmst. — καλόν;) Quod perneçatur; mentem enim largiri animo sapientiam (φρόνησιν) igiturque pulcritudinem quoque, conf. pag. 557 seq. Deinde copiosius etiam haec ipsa explicat Plotinus alio scripto: *Quemodo ideârum multitudo existat et de ipsô Bono* p. 714. Unde hoc efficitur, ternos esse fontes pulcritudinis: τὸ ἀγαθὸν, τὸν νοῦν, τὴν ψυχήν: demto vero primario fonte, qui est in summo Bono, nec secundarii ullam vim ad animam exsistere, animamque torpere ad intelligibilem pulcritudinem. Quin etiam in corporum pulcritudine elucere quasi quendam summi boni fulgorem. Vid. l. l. cap. 22 A. Ὅταν οὖν τὸ φῶς τοῦτο (14, τοῦ ἀγαθοῦ) τις ἴδῃ, τότε δὴ καὶ κινεῖται ἐπ' αὐτά κ. τ. λ. et paucis interjectis: ἐφετὸν δὲ γίνεται (τὸ κάλλος) ἐπιχρώσαντος αὐτῷ (αὐτὸ codd. aliquot) τοῦ ἀγαθοῦ 15, ὥσπερ χάριτας δόντος αὐτοῖς, καὶ

14) Ex hoc loco, ut ex altero p. 715. colorem duxit *Hermias* in Platon. Phaedr. p. 232 seq. — ἀπὸ τἀγαθοῦ πρόσεισιν ἐκεῖνο τὸ φῶς κ. τ. λ.

15) Cum toto hoc loco conferri debet alter ex libro *de numeris* p. 636 seqq. ubi Plotinus disputat de *pulcritudine primae essentiae et quatenus reliquae essentiae per illam pulcritudinis participes reddantur*. Haec prima apponam, ad verbum congruentia cum superioribus: ἡ δὲ πάντων φρόνησις καὶ ὁ πάντων νοῦς (ὁ γὰρ νοῦς

εἰς τὰ ἐφιέμενα ἔρωτας· καὶ τοίνυν ψυχὴ λαβοῦσα εἰς αὐτὴν (leg. αὐτῆν ex codd.) ἐκεῖθεν ἀπορροὴν κινεῖται. — πρὸ τοῦ δὲ οὐδὲ πρὸς τὸν νοῦν κινεῖται καίπερ καλὸν ὄντα [16], ἀργόν τε γὰρ (extrema vox abest a Ciz.) τὸ κάλλος αὐτοῦ, πρὶν τοῦ ἀγαθοῦ φῶς λάβῃ. Item p. 715 C. ubi, postequam interrogatum erat, cur viventis forma, etiamsi minus sit composita, pulcrior tamen sit pulcritudine imaginis, et alia respondentur, et vero hoc insuper: — τοῦτο δ' ὅτι ἀγαθοειδέ-

marg. Basil. et aliquot codd.) ἐπὼν καὶ συνὼν καὶ ὁμοῦ ὢν ἀγαθώτερον (adde hoc exemplum rarioris comparativi et fortasse Alexandrini eis quae Fischer. ad Weller. II. p. 96. et Sturz. de dialecto Macedon. et Alex. p. 143. pauca satis habent.) αὐτοῦ (αὐτὸ marg. Basil. et codd.) ἐπιχρώσας καὶ συγκερασάμενος φρόνησιν, σεμνότερον αὐτοῦ τὸ κάλλος παρέχεται. Cf. pag. 719. cap. 28 B.

16) Decreti de *intellectus pulcritudine* fons est in Platone. Vid. v. c. Phileb. p. 65 e. p. 819 Bip. — νοῦς ἡμῖν κάλλους μετείληφεν πλεῖον ἢ τὸ τῆς ἡδονῆς γένος, ὥστε εἶναι καλλίω νοῦν ἡδονῆς; κ. τ. λ. Qui locus, ut hoc delibem, non magis congruit cum praecepto Atticistae Anonymi in Villoisoni Anecdott. gr. II. 82. quam alter in Protagorâ p. 309 c. p. 459 Heind. — ὥστε (ὁ ξένος) τοῦ Κλεινίου υἱέος καλλίων σοι φανῆναι. Ita enim grammaticus: Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, καλλίων οὗτος ἐκείνου, καλλίων οὗτος ἢ ἐκεῖνος λέγουσιν, nisi forte conturbatum est in h. l.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

στερον· τοῦτο δ' ὅτι ἀγαθοῦ ἀμηγέπη φωτὶ κέχρωσται [17]. Adde hunc inprimis locum cap. 33. p. 724 seq. ubi explicat Plotinus, quomodo *per gradus* anima, amore coelesti ducta, ad *incorpoream pulcritudinem*, i. e. ad *summum Bonum* ascendat: „(καὶ ἡ καλλονὴ ἐκεῖ νοητοῦ, ἀγαθοῦ φύσις, sic Ficin. et unus cod. hunc locum distinguunt) atqui hoc ipsum formae expers (ἀνεί-

17) Plotinianum *de supernâ illuminatione* doctrinam singulari capite exponit *Augustinus*, qui hâc in re, ut in aliis, *philosophum nostrum cum Evangelio consonantem* dicit. Locus autem est de *Civitate Dei* X. 2. p. 289 D — G. unde haec tantummodo desumam: „Dicit ergo ille magnus Platonicus (*Plotinus*), animam rationalem (sive potius intellectualis dicenda sit, ex quo genera etiam immortalium beatorumque animas esse intelligit, quos [alii *quae*, maluerim *quas*] in coelestibus sedibus habitare non dubitat,) non habere supra se naturam nisi Dei, qui fabricatus est mundum, a quo et ipsa facta est: *nec aliunde illis supernis praeberi vitam beatam et lumen intelligentiae veritatis*, quam unde praebetur et nobis; consonans Evangelio, ubi legitur: Fuit homo missus a Deo — Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Ioann. I. 6.)." Platonicam Plotinianamque sententiam, quâ ponitur: *Pulcrum aevo sempiterno simul cum Bono versari adeoque coalescere*, urget item Ammonius philosophus apud *Zachariam Mitylenaeum de mundi creatione* (in Maxim. Biblioth. Patrum Tom. IX. p. 796.).

plane uti nostro loco, demonstratur: eiem proficisci ab animâ, hujus spec esse specie intellectus, primam autem esse speciei expertem: — εἰ οὖν ἐράσ ὕλης, ἀλλὰ τὸ εἰδοποιοῦν διὰ τὸ εἶδ ὕλῃ εἶδος παρὰ ψυχῆς, ψυχὴ δ δος καὶ μᾶλλον ἐράσμιον, κα λον ταύτης εἶδος, καὶ ἔτι μ μιάτερον (vides consulto intend formam potestatemque). Cui loco ce nullis alius p. 557. cap. 4 A.

Pag. 65. p. 46 E. καὶ ... τὸ σ χὴ ἕδη ποιεῖ, „anima reddit corp *Plutarchus* ap. Stob. Serm. 63. p. 40 dito *pro pulchritudine*: Ἡ γοῦν τοῦ α φία ψυχῆς ἐστὶν ἔργον σώματι χαρι εὐμορφίας· πεισέτω γοῦν θανάτῳ τὸ α ψυχῆς μετῳκισμένης, οὐ στάσις, οὐ ὀφθαλμὸς, οὐ φωνή· οὐδὲν ἔτι κατ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

tis. Illud vero: τὰ σώματα ψυχῇ — nostri conjunctum est cum Platonis decreto: *corpus ab animâ gigni*, de quo vid. Timaeum p. 1073 seqq. et Plutarchum in Platonicc. Quaestionn. p. 1002 F. seq. Sed de his uberiora exspectamus ab Editore Moralium Plutarcheorum.

Pag. 55. p. 46 E. ὧν ἂν ἐφάψηται. Sic ex codd. emendavi pro ὑφάψηται. Est autem ut Platoni ita optimis quibusque scriptoribus admodum frequentata locutio. Proprie legitur in *Etymolog. mscr. Leid.* — Ἥρα δὲ ζηλοτυποῦσα μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφάψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς. Possit autem et ratio sibi et usus, ut genitivum adsciscat, unde Scholiastae Pindari Olymp. I. 37. — ἐφάψατ' ἐπέεσσι dictum volunt pro ἐφ. — ἐπῶν, ubi tamen Heynius ab ἐφάπτω *injungo* potius dictum putat. (ἐφάπτω pro Medio Sophocles habet in Trachin. 937. cf. Lobeck. ad Ajac. 326.) Ac velut de contrectando proprie usurpatum vidimus, ita de *visu* usurpat Aristaenetus epist. I. 12. 3. κάλλους ἐφέπτεται, ubi vid. Abresch. p. 63. — ἐφάψασθαι φορμιγγος, de eo qui instrumentum musicum, utendi caussâ, capit, Alciphron. epist. III. 12. p. 60 Wagn. Inde paullatim nascuntur tralata: Hermias in Plat. Phaedr. p. 75. — τὴν Σωφάτους ψυχὴν ἐφάπτεσθαι τῆς γενέσεως. Plutarchus in Numâ cap. 8. p. 287 Leop. — οὐτ' ἐφάπτεσθαι θεοῦ δυνατὸν ἄλλως, ἢ νοήσει, ubi est, mente Deum assequi. Plotinus ipse Enn. I. 1. p. 5. bis: ὁ δὲ νοῦς ἢ ἐφήψατο — ἢ ἁψόμεθα νοῦ ἐν τῷ νῷ σοφοῦ; Atque Platonem saepissime ut Phaedr. p. 273 A. p. 336 Hein-

explicandae.

Cap. VII. „Caeterum nihil
xius Plotini mentem interpretari,
divine loquitur, loquitur autem di
etiam perspicue loquitur, contend
mum non tam ad pulchritudinem
ducere, quam possidendam.“ *Ficin*

Pag. 55. p. 46 F. Ἀναβατέοι
tinus p. 708 Basil. cap. 16. χρὴ
πολλῷ τούτῳ καλῷ μένειν, μετανι
πρὸς τὸ ἄνω ἀΐξαντα, καὶ ἀφέντα

Pag. 55. p. 46 F. εἴ τις οὖν
codd. plurr.) αὐτὸ, οἶδεν ὃ λέγω. S
εἶδεν *vidit* — οἶδεν *novit*. Quod a
licet Ficin. utroque loco οἶδεν legit
optimus liber Vaticanus. De his
Etymolog. magn. p. 296 Sylb. et d

strum p. 712 A. infr. Ἆρ' οὖν ἐφετὸν τὸ ἀγαθὸν — φήσομεν; κ. τ. λ. Adde ibid. p. 714 A. et compara Dionysium Areopag. de divinis nominibus 4. p. 567. qui hinc disputat de desiderio (περὶ τῆς ἐφέσεως) pulcri et boni ejusque desiderii auctore Deo. Fons in Platone, ut Phaedro et alibi; unde Hermias in Phaedr. p. 111. αἱ θεῖαι ψυχαὶ — ἐφιέμεναι τοῦ θείου κάλλους. Atque haec ipsa *Proclus* supra περὶ ἐνώσ. κ. κ. p. 124. in conclusionis formam redegit: Εἰ οὖν πᾶν τὸ ἀγαθὸν ἐφετόν, πᾶν δὲ τὸ ἐφετὸν ἐραστόν, πᾶν δὲ ἐραστὸν καλόν, — ἔστι πᾶν ἄρα τὸ ἀγαθὸν καλόν. „Si igitur omne bonum est appetibile, omne appetibile amabile, omne amabile autem pulcrum: consequenter omne pulcrum est bonum.“ *Idem* in Institut. theolog. sect. 8. p. 418. — εἰ γὰρ πάντα τὰ ὄντα τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται, δῆλον ὅτι τὸ πρώτως ἀγαθὸν, ἐπέκεινά ἐστι τῶν ὄντων. εἰ γὰρ ταὐτόν τινι τῶν ὄντων, ἢ ταὐτόν ἐστι καὶ τἀγαθὸν, καὶ τοῦτο ὂν (leg. καὶ τοῦτο τὸ ὂν ex codice Argentorat.) οὐκέτι ἂν ἐφιέμενον εἴη τοῦ ἀγαθοῦ, αὐτὸ τἀγαθὸν (vitium emendat codex τἀγαθὸν) ὑπάρχον. — ἢ τὸ μέν κ. τ. λ. locus enim longior est. Adjiciam locum *Grammatici mscr.* cum Plotini reliquorumque caussâ tum ipsius etiam Platonis: ἐφίημι ἀντὶ τοῦ ἐντέλομαι (leg. ἐντέλλομαι) ἐξ οὗ καὶ ἐφετμὴ ἡ ἐντολὴ, ποιητικόν· ἐφίεμαι δὲ τὸ ἐπιθυμῶ εὔχρηστον· (in marg. man. recent. ἐξ οὗ ἔφεσις ἡ ἐπιθυμία·) οὐδὲ τοῦτο τῶν χρησιμωτάτων· οὗ τὰ ἐνεργητικὰ ἔφθησαν ἐπὶ ἄλλης σημασίας τεθέντα· τὸ γὰρ ἐφίημι διπλῆν ἐν ἑαυτῷ περιορίζει

τὴν σημασίαν· ἐφίημι γὰρ τὸ προτρέπω καὶ ἐνδίδωμι· ὡς τὸ *ἐφίημί σοι λέγειν* — κ. τ. λ. (sequitur enim locus de ἐφέται in foro Attico, qui huc nil pertinet.) Extrema autem a viri doctissimi conjecturâ vindicabunt locum Platonis Alcib. I. p. 106 E. p. 118 Buttm. ubi Socrates Alcibiadi: νεωτέρῳ μὲν οὖν ὄντι σοι — οὐκ εἴα ὁ θεὸς διαλέγεσθαι, ἵνα μὴ μάτην διαλεγοίμην· νῦν δὲ *ἐφῆκε*, quod nec vertendum a Ficino erat *impulit*, nec commutandum cum ἀφῆκε, recte monentibus novissimis editoribus. Grammatici autem nostri disputatio plenior est, quam quae in hanc rem exhibent Hesychius, Suidas reliqui. Illuc redeo. Ad Plotiniana haec universa ab initio capitis 7. Ἀναβατέον — — usque ad verba καὶ τοῦ εἶναι insigniter facit locus in Enneadibus geminus *de intelligibili pulcritudine* p. 551 A. quem apponam: ἡ δὲ δύναμις ἡ ἐκεῖ μόνον τὸ εἶναι ἔχει, καὶ μόνον τὸ καλὸν εἶναι. ποῦ γὰρ ἂν εἴη τὸ καλὸν, ἀποστερηθὲν τοῦ εἶναι; ποῦ δ' ἂν (δ' αὖ cod. Vatic.) ἡ οὐσία, τοῦ καλὴ εἶναι ἐστερημένη; ἐν τῷ γὰρ ἀπολειφθῆναι τοῦ καλοῦ ἐκλείπει (ἐλλείπει plurr. codd.) καὶ τῇ οὐσίᾳ· διὸ καὶ τὸ εἶναι ποθεινόν ἐστιν, ὅτι ταὐτὸν τῷ καλῷ· καὶ τὸ καλὸν ἐράσμιον ὅτι τὸ εἶναι. πότερον δὲ ποτέρου αἴτιον, τί χρὴ ζητεῖν, οὔσης τῆς φύσεως μιᾶς. Hactenus de verâ essentiâ, quae idem atque pulcrum (unde haud pauca in suam Institut. theolog. deduxit Proclus, cf. l. l.). Continuo subjicit de essentiâ falsâ, quae tantummodo pulcra redditur, quatenus fit particeps pulcritudinis intelligibilis: ἤδη μὲν γὰρ ἡ ψευδὴς οὐσία δεῖται ἐπακτοῦ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

(τοῦ addit Vatican.) εἰδώλου καλοῦ, ἵνα καὶ καλὸν φαίνηται, καὶ ὅλως ᾖ. (Sic distinxi cum Ficino et aliquot codd.) καὶ κατὰ τοσοῦτον ἐστὶ (καὶ addit h. l. unus Paris.) καθόσον μετείληφε κάλλους τοῦ κατὰ τὸ εἶδος, καὶ λαβοῦσα ὅσῳ ἂν λάβῃ μᾶλλον τελειοτέρα· μᾶλλον γὰρ οἰκεῖα (οἰκεία plurr. codd.) ἡ καλή. (καλλονὴ ἡ καλή cod. Paris. unus in marg. a sec. man. Ficinus plenius ita: „sic enim magis ei propria fit essentia pulchra et ipsa denique pulchritudo.“)

Pag. 55. p. 48 F. τεῦξις δὲ αὐτοῦ. Alii τεύξεις, vid. var. lect. Ego singularem posui, cum ob illud ἔφεσις, cui respondet τεῦξις, tum propter alios locos: infra p. 56 D. ὑπὲρ οὗ τῆς τεύξεως κ. τ. λ. Arrian. Epictet. II. 5. ὅπου καλυτὸς καὶ ἀναγκαστός εἰμι, ἐκείνων ἡ μὲν τεῦξις οὐκ ἐπ' ἐμοῦ, οὐδ' ἀγαθὸν ἢ κακόν· ἡ χρῆσις δ' ἤ κ. τ. λ. Synesius epist. 140. τοῦτ' ἔστω σοι κανὼν καὶ κριτήριον τῶν πρώτων τῆς τεύξεως (adeptionis primarum virtutum). Rem conficit *Proclus* quem ex hoc libro multa in suam Institut. Theolog. transtulisse diximus. Atque ibi §. 31. p. 431. ἀλλὰ μὴν πᾶν τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται, καὶ ἡ ἐκείνου τεῦξις διὰ τῆς προσεχοῦς αἰτίας ἑκάστοις.

Pag. 55. p. 48 F. καὶ ἀποδυομένοις, ἃ καταβαίνοντες ἠμφιέσμεθα. Plato Gorg. p. 523. p. 264 e. Heind. — πολλοὶ οὖν, — ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες, ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματα — καλὰ κ. τ. λ. Conjunctum illud cum fabulis veterum reconditiori-

bus, in quibus hoc erat, animas coelitus labentes aliis ex aliis vestimentis amiciri, (quod alibi exposui, et supra attigi in *Praeparatione* pag. LXXXVIII seq.) unde elegantes locutiones natae, ut illud dictum Platonicum ap. Athen. IX. p. 507 D. ἴσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ ἀποδυόμεθα. Quam in rem plura dabit Wyttenb. in epist. crit. p. 49 seq. Nostro loco congruit hic *Porphyrianus* de Abstin. I. 31. p. 52 ἀπολυτέον (ἀποδυτέον) ἄρα τοὺς πολλοὺς ἡμῖν χιτῶνας, τόν τε ὁρατὸν τοῦτον καὶ σάρκινον, καὶ οὓς ἔσωθεν ἡμφιέσμεθα, προσεχεῖς ὄντας τοῖς δερματίνοις, ubi quod verissime conjecit Rhoerius ἀποδυτέον, poterat nostri etiam loci auctoritate firmare, sed alia citavit eodem facientia ut Justini Martyr. illud Dialog. c. Tryph. p. 385. ῥυπαρὰ πάντα, ἃ ἡμφιέσμεθα κακὰ ἀπεδυσάμεθα, quod paullo post explicatur: τὰς ἁμαρτίας, quae conferri possunt cum Plotinianis. Adde Proclum supra περὶ ἐνόσ. κ. κ. p. 102. εἴ τινες ἠμφιεσμέναι τοιαῦτα σώματα κ. τ. λ. Nullus autem locus magis est appositus quam hic ejusdem *Procli*, cui hâc datâ occasione et aliunde possumus mederi et vestimentorum quoque mentionem reddere ope egregii codicis Argentorat. Ita enim ille Institut. theolog. sect. 208 p. 501. Πάσης μερικῆς ψυχῆς τὸ ὄχημα (vocabulum in hâc re proprium) κάτεισι μὲν προσθέσει χειρόνων ἐνυλοτέρων, (leg. ex cod. Argentorat. χιτώνων ἐνυλ.) συνάγεται δὲ τῇ ψυχῇ δι' ἀφαιρέσεως παντὸς τοῦ ἐνύλου, καὶ τῆς εἰς τὸ οἰκεῖον εἶδος ἀναδρομῆς, ἀνάλογον τῇ χρωμένῃ ψυχῇ. καὶ γὰρ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ἐκείνη κάτεισι μὲν ἀλόγως, προςλαβοῦσα ζωὰς („ἀλόγως etiam mser. sed ignorat comma post hanc vocem, recte. Videtur ἀλόγους legendum. ἄλογοι ζωαί sunt *adfectiones rationi adversantes.*" Schweigh.) ἄνεισι δὲ ἀποσκευασαμένη (verbum supra explicavi ad Proclum p. 80.) πάσας τὰς γενεσιουργοὺς δυνάμεις, ἃς ἐν τῇ καθόδῳ περιεβάλλετον (περιελάβετο cod. recte).

Pag. 55. p. 48 F. G. οἷον ἐπὶ τὰ ἅγια τῶν ἱερῶν τοῖς ἀνιοῦσι καθάρσεις τε καὶ ἱματίων ἀποθέσεις τὸ πρὶν, καὶ τὸ γύμνοις ἀνιέναι. Reduxi articulum qui male exciderat ante ἅγια. Herodot. VI. 113. τὸ τετραμμένον τῶν βαρβάρων, et sic saepius. — Ficinus de templo h. l. cogitasse videtur, cum vertat: „qui in sancta sacrorum penetrant." Et re verâ hoc sensu ἅγιον additur saepissime voci ἱερόν et similibus: Plato Critiâ p. 116 C. p. 55 Bip. ἐν μέσῳ μὲν ἱερὸν ἅγιον αὐτόθι τῆς τε Κλειτοῦς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος. Xenoph. Hist. gr. III. 2. 14. Ἀρτέμιδος ἱερὸν μάλα ἅγιον. Dicaearchus 59. 89. ἱερὸν ἅγιον Ἀθηνᾶς. Adde Polyaen. VIII. 46. p. 793 Masvic. quasi dicas templum augustum et sanctum. Sic item a sacris scriptoribus, ut ab Alexx. Interprr. Psalm. 79. 1. τὸ ναὸν τὸν ἅγιον, et a Paulo 1 Corinth. 3. 17. item ab ipso Plotino infr. p. 56. p. 54 E. ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον. Qui locus fortasse Ficino fraudi fuit. Nam id si h. l. voluisset Ficinus, dixisset utique εἰς τ. ἅγ. τ. ἱερ. vel εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἀδύτου, ut reapse dixit Noster loco gemino p. 770. ὥςπερ τις

τες, et tenenda vis praepositionis ἐπι
ta verbis motum significantibus actic
Cf. Valcken. ad Herodot. p. 596.
ἐπὶ τὰ ἱερά est ascendere ad sacrifi
sicut Plato l. l. mentioni templi co
illud: ἔνθα — ὡραῖα αὐτόσε ἀν
ἐκείνων ἑκάστῳ. — Τὰ ἅγια τῶ
sacrificia sanctiora s. *arcana* (d
generibus vid. universe Jamblich.
15. p. 130 seqq. Gal.) quae quiden
privatim fiebant. Praecipue qui s

18) Admonet hic Plotini locus Jam
thagor. 28. 153. p. 129 Kust. λέγ
εἰςιέναι δεῖν καθαρὸν ἱμάτιον
δὲ καθαρότητα τῆς περὶ τοὺς
τητος καὶ δικαιοσύνης μαρτυρ
Godex Lederlini, quem mecum
Schweighaeuserus vir humanissim
Σαριότητος. Vulgatum tamer
qui expenderit quae de hoc discri

UNIVERSITY OF MICHIGAN

et similibus initiandi essent, per gradus ascendebant ad summa, quorum primus erat καθαρμός (Theon Smyrn. p. 18. ibiq. Bulliald. p. 215. et Plotinus ipse p. 770.). In Eleusiniis minoribus lustratio fiebat ad Agras in Ilisso flumine: προκάθαρσις (Schol. Aristoph. Plut. 846.). Inde Noster continuo addit illud καθάρσεις. Nec minus in iisdem mysteriis vestes depositae et novae indutae (Melanthius ap. Scholiast. Aristoph. l. l.). Unde item Plotinus: ἱματίων ἀποθέσεις — γύμνοις ἀνίεναι. Quam nudatorum corporum significationem ad Olympiorum ludorum mentionem transtulit Porphyrius loco haud dissimili itemque tralato de Abstin. I. 31. p. 52. γύμνοι δὲ καὶ ἀχίτωνες ἐπὶ τὸ στάδιον ἀναβαίνωμεν κ. τ. λ. — Quod vero Plotinus dixit: τοῖς ἀνιοῦσι et deinde ἀναβαίνειν (cf. p. 770 C. loco gemino, ubi idem usurpat): sunt haec verba solennia hâc in re, ut ἀνέρχεσθαι, quo Aelianus utitur l. proxime laudato. Erant enim templa ut plurimum in editioribus locis. Vid. Homeri Iliad. XXII. 170. Xenoph. Memorab. III. 8. 10. Pausan. Phocic. 35. Corinth. 36. Arcad. 15. Boeot. 22. Vitruv. I. 7. p. 29 ed. Schneid. Anonym. de incredib. 4. p. 86 in Gal. opuscc. mythologg. — Delectantur autem hujus rationis philosophi mirifice hâc ipsâ sacrorum similitudine; quod persequi longum est, nec necesse. Attingam unum locum itemque alterum. Plotinus p. 720. cap. 28 A. τὸ ἀγαθὸν ἐν προχωροῖ τὸ τῆς ψυχῆς (leg. ὕλης, sic Ficin. et codd.) ἐναντίῳ καὶ οἷον καθαιρομένῳ καὶ ἀποτιθεμένῳ — ἑκάστῳ κ. τ. λ. Nudatorum

Ingeniose Aristides in Panathen. p
steriorum imaginem accommodavit
adspectum loco eleganti, nec aliene
materiâ. Unde potiora adjiciam: —
πάπασιν ἡ ψυχὴ προκαθαίρεται
ρος, καὶ κουφὴ γίγνεται, καὶ σφόδ
τῆς θέας ἐν παρασκευῇ, ὥςπερ ἐπ
τελουμένη· ἐπίδηλον δὲ καὶ τοῖς ὁ
τοῦ συνήθους τὸ φῶς ἐγγιγνόμενον
cod. Schellersh. bombyc.) ἀφαιρούσ
λὴν ἀχλὺν, ὡς ἀληθῶς καὶ καθ' ὑ
(ult. vocem delevit in cod. sec. m
νᾶς, ἔτι τῇ χώρᾳ προσαγόντων. —
ἀεὶ κύκλῳ περιίσταται κάλλη
ἄγοντα μετ' εὐθυμίας (cod. εὐφημία
Ἀττικήν. Ad loci initium pertine
mscr. cod. Leid. et Monac. ἀντὶ
(leg. ex Schol. edito μνουμένη, p
illud προτελουμένη) ἵνα εἴπῃ προτέλ
σους, αὐτὴν δὲ τὴν ἀττικὴν τελετι

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 55. p. 46 G. ἕως ἄν τις παρελθὼν ἐν τῇ ἀναβάσει πᾶν ὅσον ἀλλότριον τοῦ θεοῦ, αὐτῷ μόνῳ αὐτὸ μόνον ἴδῃ. Ed. Basil. habet ἀπελθών, „Cod. Leid. Voss. ἀνελθών, in eodem deest ἀλλότριον, f. recte. *D. W.*“

Ficinus aut nimium sibi indulsisse, aut sic legisse putandus est: ἀπελθὼν — πᾶν ὅσον ἀλλότριον τοῦ θεοῦ προέμενος. Vertit enim: „quousque progrediens aliquis *dimissis* omnibus alienis a deo.“ Ego, qui in omnibus libris meis reperissem παρελθών et ἀλλότριον, quod inde pendet, non dubitavi inferre in textum. παρελθεῖν πάντας εὐδαιμονίᾳ usurpat Lucianus Tom. IX. p. 282 Bip. de eo qui felicitate praeterierit omnes. Contra Plotinus de animâ in multitudinem prolapsâ p. 761 C. παρίρχεται οὖν τὸ ἓν, εἰς ἀριθμὸν καὶ πλῆθος ἐλθοῦσα. Et magis apposite ad nostrum locum *Eudocia* in Violet. p. 291. de homine sacris arcanis purgando: ἄχρις οὗ τὰς κολάσεις παρέλθοι, et ibidem bis antea: διὰ κολάσεων παρελθεῖν. Itaque sic reddidi illa: „Quousque *praeversis* in ascensu omnibus, quae aliena sunt a deo.“ Ad sententiam facit Proclus supra περὶ ἑνώσ. κ. τ. p. 92. — πᾶν τὸ πλῆθος ἤδη καταλιπὼν καὶ πρὸς αὐτὴν ἀναβεβηκὼς τὴν ταῦ ἀγαθοῦ πηγήν. Ex Ficino et cod. MarcC. desumsi αὐτῷ, *seipso*: ἴδῃ autem ex libris meis fere omnibus. Plato Conviv. cap. 29. p. 93. Wolf. ἔστ' ἂν ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μάθημα τελευτήσῃ. Plura exempla dabit Matthiae in grammat. §. 518. 522. Plato ibid. p. 94. — ἢ οὐκ ἐνθυμῇ, ἔφη, ὅτι ἐνταῦθα αὐτῷ μονα χοῦ γε-

Sic hoc verbum construitur propr
loco ap. Suidam I. p. 771 Kust. „τ
τὰ βασιλικὰ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων
dit Lexicographus: καὶ ἐξηρτῆσθαι
interprr. Exod. 28. 7. ἐπί addunt
μέρεσι ἐξηρτημέναι ἐπωμίδες. Plu
de constructione verbi dabit Abre
Magistr. p. 327 Bern. Addam haec
quae ad Thomam faciunt: τὸ ἐξήρ
τικῇ καὶ δοτικῇ· Αἰσχύλος (vid. Pro
ἐκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι· τα
κρέμαμαι εὕρηται· ἐξήρτημαι δὲ ἀ
τὸν κρεμῶ, αἰτιατικῇ· τοὺς ἡμετι
ήρτητο· ἀπήρτημαι δὲ τὸ διίσταμα
locus est Synesii epist. 20. p. 161.
Thom. Mag. qui ex laud. Lexici loc
magis tamen hoc ex illo. Latissim
tio cum praeposit. ἐκ. Vid. Suid.
Comment. Ling. gr. p. 739. qui
locos dabit, Schweigh. Lex. Pol
saepe obvium in libris Platonicorum

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ex libro *de numeris* p. 690 B. seq. ubi exponitur de pulcritudine primae essentiae, et quatenus reliquae essentiae per illam pulcri fiant participes: — ὅθεν καὶ καλὰ πάντα. καὶ γὰρ ἡ (ᾗ cod.) ζῶον καλὴν ἀρίστην τὴν ζωὴν ἔχον (καλὸν margo Basil. et cod. Ciz. Videtur legendum: καὶ γὰρ ᾗ ζῶον, καλὸν, ἀρίστ. τ. ζ. ἔχ. et in hanc sententiam accepit Ficin. vertens: „etenim quâ ipsum animal est, exsistit et pulchrum, vitâ optimâ praeditum.“) — οὐδ' αὖ ἀμενηνὴ ἡ ζωὴ τοῦ ζώου αὐτοῦ, ἀλλ' ἡ πρώτη καὶ ἐναργεστάτη, καὶ τὸ φρόνιμον ἔχουσα τοῦ ζῆν ὥςπερ τὸ πρῶτον φῶς κ. τ. λ. Proclus supra περὶ ἑνώσ. κ. κ. p. 91. καὶ ἴδε — ζωὴν ζέουσαν καὶ ἄγρυπνον νόησιν, καὶ μηδενὶ λείπουσαν εἰς τὸ ζῆν.

τοῦτο — εἴ τις ἴδοι „refertur ad Platonis dictum Phaedr. p. 346 E. [p. 251 d. Steph. p. 263 seq. Heind.] ut Ciceronianum Offic. I. 5. Fin. II. 16. *D. W.*“

Pag. 56. p. 50 A. βουλόμενος αὐτῷ συγκραθῆναι. Sic reposui jubentibus codd. optimis, vid. var. lect. — Herodotus VII. 151. συνεκράσαντο φιλίαν πρὸς Ξέρξεα. Idem IV. 152 fin. φιλίαι μεγάλαι συνεκρήθησαν (sic etiam cod. Schellersh. alii male συνεκρίθησαν) ubi vid. interprett. Adde Valckenar. ad Euripid. Hippolyt. 253. qui vini miscendi significationem in his mavult spectari quam animorum conspirationem. Idem ibidem plura exempla dabit. Timaeus Locrus de Animâ mundi p. 548 Gal. Deus animam mundi χρᾶμα αὐτὴν κα-

ρασάμενος — οὐκ ἐκ τῶ ῥᾴστω συνεκίρνατο. — λόγοι δ' οἵδε πάντες ἐντὶ κατ' ἀριθμὼς ἁρμονικὼς συγκεκραμένοι. Plato Legg. X. p. 321. ὁπόσα τῇ τῶν ἐναντίων κράσει κατὰ τύχην συνεκεράσθη. Et saepius hoc composito utitur Plato, itemque Xenoph. Venat. III. 1. Paulus Hebr. IV.. 2. οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι, quod *Valckenarius*, in notis mscr. ad eam epistol. Hellenistico more dictum accipiens pro τῶν ἀκουσάντων, sic interpretatur: „sermo, qui in animos auditorum se non insinuavit nec mansit in iisdem penitus conditus.“ Habet autem illud verbum saepissime et nostro etiam loco vim intimae conjunctionis adeoque unitionis, ut hoc vocabulo utar. Pollux Onomast. VIII. 151. συνηνῶσθαι· συγκεκράσθαι· ἀνακεκράσθαι· μεμίχθαι. Proclus supra περὶ ἑνώσ. κ. κ. τὸ δίκαιον τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ συγκέκραται. Origenes περὶ εὐχῆς pag. 31 edit. Wettsten. ἀναραθῆναι τῷ πνεύματι. Gregor. Nazianz. Orat. I. p. 11 C. Θεὸς σαρκὶ διὰ μέσης ψυχῆς ἀνεκράθη. Idem Orat. XXXV. p. 575 A. ἄνθρωπος συνανεκράθη θεῷ.

Pag. 56. p. 50 A. τῷ ἰδόντι ὑπάρχει ἐπὶ καλῷ ἄγασθαι. Haec et antecedentia ἔστι γάρ circuitione quâdam expressit. Proprie ὑπάρχει h. l. est: *potestas fit*, *continqit*. Sic saepe Plato, ut in Hipp. maj. p. 292. p. 153 d. Heind. ὅτι τὸ καλὸν αὐτὸ ἠρώτων, ὃ παντὶ ᾧ ἂν προσγένηται, ὑπάρχει ἐκείνῳ καλῷ εἶναι, ubi proxime mihi videtur le-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

gendum: *Αὐτὸ γὰρ ἔγωγε, ὦ ἄνθρωπε, τὸ κάλλος ἐρωτῶ ὅ,τι ἐστί.* Conviv. cap. 29. p. 94 Wolf. *τεκόντι δὲ ἀρετὴν ἀληθῆ — ὑπάρχει θεοφιλεῖ γενέσθαι*, cf. cap. 33. 4. Alio Symposii loco est suppetere cap. 20. 6. *καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν.* Cf. Xenoph. Cyrop. I. 6. 10. de Redit. III. 12. Dio Chrysost. 29. pag. 538. *ὁλόκληρον δὲ καὶ ἀληθινὸν κάλλος* [*θαυμαστὸν*] *οὔπω* [*τῳ* add. Reisk.] *ὑπῆρξεν* (*nondum cuiquam adfuit*) *ὥςπερ τῷδε. ὑπάρχειν τινί* de homine est *alicui favere* docente Wyttenbachio ad Select. Historr. p. 381. qui universo de hoc verbo consulendus.

Pag. 56. p. 50 A. *καὶ ἐκπλήττεσθαι ἀβλαβῶς.* De *ἐκπλ.* supra vidimus. Ad hanc sententiam cf. *universe* Marc. Antonin. IV. 8. quem locum variae lectionis caussâ adscribam: *Ὁ χείρω αὐτὸν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον οὐ ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτει, τοῦτο οὐδὲ τὸν βίον αὐτοῦ χείρω ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτει, οὔτε ἔξωθεν, οὔτε ἔνδοθεν.* Quae insignius scripsi, non leguntur in editis sed in *cod.* quem nunc cum maxime in manibus tracto. Adde Stobaei Sermones 64. pag. 410. ubi *periculum*, docetur, a solâ corporis pulcritudine nasci: animae ornamenta salutis spem adjunctam habere (*τὰ μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς κάλλη καὶ σωτηρίας ἐλπίδες εἰσί*). Sed totus est legendus locus copiosior. Plato Hipp. maj. p. 303 e. p. 180 Heind. de voluptatibus, quae in *Pulcro* versantur: *ὅτι ἀσινέσταταί αὗται τῶν ἡδονῶν εἰσι καὶ βέλτισταί.*

tit autem: „vero *summoque* (a
suis codd. reperit?) afficiatur amo
tus aliosque amores irrideat, quae
tur pulchra contemnat.“ Quae s
solum dicendum sit καταγελᾷν ads
cusativum, ut in Xenoph. Oecon. VI
Dialogg. II. 16. pag. 69. sed ten
subita conversio constructionis: κ
κ. τῶν ἄλλ. ἐρώτων καταγελᾷν, nis
ejiocre καὶ post πόθους, ut nasca
των. At vero aliunde juvamur v
quibus Darmstadinus colon videtu
πόθους. Quid igitur, si haec jung
ἐλαθῇ ἔρωτα καὶ δριμεῖς πόθους·
amore acribusque affectionibus,
ante τῶν ἄλλων, sit: *autem*, ver
vocabulum μέσον illud δριμεῖς. Ha
quod συνετός *prudens*, *sagax*, vi
adversionem Gatackeri ad Marc. A
142. (187.) Et vero bonâ scute

UNIVERSITY OF MICHIGAN

οἰκείου διαμένει καὶ πάρεστι, τὸ δ' εἰς ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν ἀνειμένον ἐκκόπτεται. — Quid quaeris? Rem conficit *Proclus* περὶ ἐνώσ. κ. τ. supra p. 134 seq. qui, dubium non est, quin nostrum locum respexerit, cum ita scriberet: Δι' ἔρωτος οὖν αὐτὸ κτᾶσθαι (scil. τὸ ἐν ἡμῖν ἀγαθὸν) καὶ συντόνου περὶ αὐτὸ σπουδῆς. Καὶ — τοῦτο τὸ ἀγαθὸν δριμυτέρους ἔχει τοὺς ἔρωτας τῶν ἐν αἰσθήσει καλῶν. Addam aliquot locos notando vario usui illius vocis: Aelian. V. H. XII. 1. δριμύτατα ἀλγεῖν, *vehementissime dolere*. Plato de Republ. V. 7. ἀνάγκαι ἐρωτικαὶ δριμύτεραι πρὸς τὸ πείθειν κ. τ. λ. Eustath. ad Iliad. III. 39. pag. 297 Basil. γυνὴ δὲ ἀνδράσιν ἐπιμαινομένη ἄλλως μὲν δριμέως φίλανδρος ἐκλήθη σεμνότερον. — Quod sequentia attinet: καὶ τῶν ἄλλων ἐρώτων — καλῶν κἀταφρονεῖν: de spernendâ corporis pulcritudine prae mentis praestantiâ plura suppeditabit unus Ioann. Stobaeus in Sermn. 63. 64. ut p. 409. illud Euripideum ex Oedipode (vid. Fragg. p. 458 edit. Beck.) Νοῦν χρῆ θεᾶσθ' κ. τ. λ. Sequuntur ibidem p. 435. Pythagoreorum, aliorum sententiae philosophorum. Tu adde ipsum *Nostrum*, in libro de *intelligib. pulcrit.* p. 549 B. C. de utriusque pulcritudinis amore salubriter monentem.

Pag. 56. p. 50 B. ὅσοι θεῶν εἴδεσιν ἢ δαιμόνων προστυχόντες — ἄλλων κάλλη σωμάτων. — Προστυχόντες: „forte occurrentes," casu obviam facti diis" etc. Cf. Xenoph. Cyrop. VI. 3. 1. Similiter Aristophanes in Avib. 1499. ἐντυγχάνειν

ἥρωσι, itemque hujus Scholiastes ibid. Alexis autem ap. Athen. VI. p. 227. ἀπαντᾷν. Quod vero Plotinus eos qui deos heroasque conspexerint ad humanae pulcritudinis sensum torpere dicit, sequitur in eo vulgarem Graecorum opinionem. Quocirca redigenda sunt in memoriam quae apud poëtas plurima de ἐπιφανείαις deorum dearumque leguntur, ubi pulcritudinis saepe mentio fit, ut in Homerico hymn. in Cererem vs. 275. de quâ dicitur: περί τ' ἀμφί τε κάλλος ἄητο. Quâ de re monendi nobis otium fecerunt Ruhnkenius l. l. et Heynius ad Iliad. Vol. IV. Excurs. 9. p. 191. seq. Neque vero *philosophi* non de figurâ deorum multa tradiderunt; quam humanam, utpote pulcerrimam, esse volebant Epicurei, hoc nomine derisi ab adversariis, vid. Cic. de N. D. I. 18. 27. II. 23. Platonicis maxime, inde a Plotino ejusque aequali Origene usque ad Psellum, haud pauca eam in rem disputandi materia nata est ex locis Platonis, praecipue classico Epinom. p. 1010. p. 259 seq. Bip. veluti cum quibusdam diis aut heroïbus tribuerent οὐράνιον σῶμα, Julian. Orat. VII. p. 408 seq. Jamblich. de myster. I. 17. et de *geniorum* naturâ, corpore, specie diligentissime quaererent, vid. Plotin. p. 295 seq. Eâ in re, discriminis plenâ, noster philosophus multo cautius versatus reperitur, quam Proclus et posteriores multi; quod intelligat qui legere velit, quae posuimus in Mytholog. III. p. 88 — 97. — Ad illa Plotini: ὅσοι — δαιμόνων προστυχόντες pluribus disserit, ex suae aetatis ingenio, Ficinus in Argumento, quae describere no-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

lui: potius describam *Marci Antonini* locum, qui a nostri loci materiâ gravitateque non alienus censebitur. Ita enim ille ad se ipsum III. 6. pag. 76 Gatack. *Εἰ μὲν κρεῖττον εὑρίσκεις ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας, καὶ καθάπαξ τοῦ ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ τὴν διάνοιάν σου ἐν οἷς* (*cod. nondum collat. αὐτὴν τὴν διάνοιαν σοῦ οἷς*) *κατὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν πράσσοντά σε παρέχεται — εἰ τούτου*, (*τούτων* cod.) *φημὶ, κρεῖσσόν τι ὁρᾷς, ἐπ' ἐκεῖνο ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τραπόμενος, τοῦ ἀρίστου εὑρισκομένου ἀπόλαυε.* (plane ut Plotinus mox p. 56. p. 52 C. *μένων ἐν τῇ θέᾳ — καὶ ἀπολαύων αὐτοῦ.*) *εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ ἱδρυμένου ἐν σοι* (*ἐν σοὶ* cod. recte) *δαίμονος — — εἰ τούτου πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα, μηδενὶ χώραν δίδου ἑτέρῳ κ. τ. λ.*

Pag. 56. p. 50 — 52 B. *Τί δῆτα οἰόμεθα, εἴ τις αὐτὸ τὸ καλὸν θεῷτο αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ καθαρὸν — οὐ πρῶτα.* Locus ad verba fere ipsa ex Platonico Symposio ductus. Videamus igitur primum universe de hoc loco aliisque ipsius Platonis et imitatorum; deinde sigillatim de insignioribus sententiis. Convivii autem illa leguntur in editione Steph. pag. 211 d. e. (p. 249 Bip. p. 93 Wolf. p. 80 Ast.) *Τί δῆτα οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν — ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κατιδεῖν.* Cui loco junge hos: Phaedon. p. 70 Wytt. Parmenid. p. 212 Heind. de Republ. V. p. 476. p. 58 seqq. Bip. Hipp. maj. p. 137 Heind. Cratyl. p.

439 e. p. 80 Heind. (ubi ἀεὶ in cod. Darmst. abest ante ἐστίν.) Quid sit τὸ αὐτὸ καλόν inquirit Proclus in Platon. Tim. p. 73. in summâ brevitate egregie exponens de discrimine inter τὸ αὐτὸ καλόν et τὸ ἀεὶ καλόν. Haec vocula, ut hoc delibem, restitui debere videtur Marco Antonin. V. 3 p. 141 seq. ubi ita: Ἄξιον ἑαυτὸν κρίνε (κρίναι cod. saepe laudatus) παντὸς λόγου καὶ ἔργου τοῦ κατὰ φύσιν. καὶ μή σε παρειπάτω ἡ ἐπακολουθοῦσά τινων μίμψις (εἰ ἐπακολουθήσει τινῶν μίμψις cod.) ἢ λόγος. ἀλλὰ * ἐκαλὸν (Gatack. in marg. conj. εἰ καλόν, sed cod. noster explet: ἀεὶ καλὸν) πεπρᾶχθαι, ἢ εἰρῆσθαι, μὴ σεαυτὸν ἀπαξίου (ἀπάξιον cod.). — Illuc redeo. Ad sententiam verbaque facit Philo Jud. de nomin. mutat. p. 382 Pfeiff. ὅτι τὸ καλὸν οὐκ ἐν πλήθει μᾶλλον ἢ δυνάμει πέφυκεν ἐξετάζεσθαι κ. τ. λ. locus enim longior est, quam ut adponatur integer. Hermias autem in Plat. Phaedr. p. 99 seq. distinguit τὸ αἰσθητὸν κάλλος et τὸ ὄντως ὂν κ. καὶ νῷ μόνον ἐπιληπτόν. Illud eidem est, p. 102. τὸ ἔξω φαινόμενον κ. Quae ut satis vulgata, ita teneri tamen debent ab iis qui philosophis notationibus se augeri cupiant. Quod vero idem p. 73. τὸ αὐτόκαλλος habet, Lexica ipsa augeri debent eo composito, itemque illo altero αὐτοκαλλοποιός, quo utitur Dionysius Arcopagita de divin. nominib. cap. 11. 5. qui idem in his compositorum formis mirifice hcluatur, ut saepissime jaciat illa αὐτοζωή, αὐτάθεος, αὐτολόγος, de Christo, de quibus cf. J. Chr. Wolf. in Anecdd. Gr. III. p. 461 seq.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 56. p. 50 B. μὴ σαρκῶν, μὴ σώματος ἀνάπλεων. Vid. Platon. Conviv. loco laudato. De ἀνάπλεως monuimus supra ad verbum ἀναπεπλῆσθαι p. 54. p. 40 F. G. Hìc pauca addemus quae ad hanc carnis significationem propius accedunt. Eleganter *Secundus* in Sententiis, in Galei opuscull. mythologg. p. 638. τί ἐστι κάλλος; φυσικὴ ζωγραφία, ἀπαράμονον ἀγαθὸν, σεσαρκωμένη εὐτυχία — ἄνθος μαραινόμενον κ. τ. λ. Hermias in Plat. Phaedr. p. 72. — ἄτρωτος ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ καὶ τοῦ ἐν σαρκὶ κάλλους. Philo Jud. de Profugis p. 248. ὅρος ἀθανάτου βίου κάλλιστος οὗτος, ἔρωτι καὶ φιλίᾳ θεοῦ ἀσάρκῳ καὶ ἀσωμάτῳ κατεσχῆσθαι. Origenes περὶ προσευχ. sect. 57. p. 58 Wettst. Ὁ δὲ κατανοήσας τί ποτ' ἦ τὸ κάλλος „τῆς νύμφης“ (Ioann. 3. 29.), ἧς ὁ νυμφίος λόγος ὢν θεοῦ ἐρᾷ, ψυχῆς τυγχανούσης ἀνθούσης ὑπερουρανίῳ καὶ ὑπερκοσμίῳ κάλλει, αἰδεσθήσεται κἂν τῷ αὐτῷ ὀνόματι τοῦ κάλλους τιμῆσαι σωματικὸν κάλλος γυναικὸς ἢ παιδὸς ἢ ἀνδρός. τὸ γὰρ κυρίως κάλλος σὰρξ οὐ χωρεῖ, πᾶσα τυγχάνουσα αἰσχος. Theodoretus ad 1 Corinth. XV. 50. p. 206. Σάρκα καὶ αἷμα τὴν θνητὴν φύσιν καλεῖ· — „Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ·“ ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἄφθαρτος γενομένη τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀπολαύσει. Omitto ea quae interpretes ad Novi Testamenti locos et a me laudatos et alios e sacris scriptoribus contulerunt.

Pag. 56. p. 52 B. μὴ ἐν γῇ, μὴ ἐν οὐρανῷ. Nec minus ductum e Conviv. Platon. cap. 29. pag.

331 C. p. 92 Wolf. — *οὐ τῇ μὲν καλὸν, τῇ δ' αἰσχρὸν — οὐδ' ἔνθα μὲν καλὸν, ἔνθα δὲ αἰσχρόν. — οὐδέ που ὂν ἐν ἑτέρῳ τινὶ, οἷον ἐν ξύλῳ, ἢ ἐν γῇ, ἢ ἐν οὐρανῷ.* Quâ de sententiâ consule Wyttenb. ad Phaedon. p. 219. Imitatores autem nactus est ille locus cum alios, tum *Nostrum* ipsum, cujus loci etiam Wyttenb. admonuit, *de intelligib. pulcritud.* p. 546 C. itemque p. 727 C. nec minus Dionysium Areopag. de divin. nominib. 4. p. 559. Addam Themistii locum lepidum orat. XIII. p. 164. ubi ejusmodi philosophorum praeconia tanguntur: *τοιούτου κάλλους ὠδίνων ἔρωτα, καὶ ὀνειροπολῶν μὲν, καὶ ἐλπίζων, εὑρίσκων δὲ οὐδαμοῦ, οὔτε ἐν γῇ, οὔτε ἐν θαλάσσῃ, θατμαστὰ ἔπασχον, ὡςπερ ἔφην· καὶ ᾤμην δεῖν τὸν περὶ τοῦ κάλλους λόγον τοιοῦτον εἶναι, οἷοι πολλοὶ καὶ ἄλλοι φιλοσοφίας, οὓς τῷ νῷ μὲν οἷόν τε ξυνεῖται· ἑλεῖν δὲ αἰσθήσει ἀμήχανον· οἷον αὐτόκυκλον καὶ αὐτοτρίγωνον ὁποῖον οὔτε ἐν ξύλῳ, οὔτε ἐν λίθῳ, οὔτε ἐν γράμματι.* — Quae apud Plotinum sequuntur *ἵν' ᾖ καθαρόν*, referenda sunt ad omnia ea, in quibus ipsum bonum inesse negaverat philosophus.

Pag. 56. p. 52 B. *ἐπακτὰ — ταῦτα, καὶ μέμικται, καὶ οὐ πρῶτα, παρ' ἐκείνου δέ.* Quid sit *ἐπακτόν* Plotino tantopere usitatum explicui supra ad p. 54. p. 36 D. Ad sequentia adhibe hos locos Plotini p. 724. cap. 33 C. *τοῦτο — οὐ παρ' αὐτοῦ καλὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μέμικται. — ἀνείδεον ἄρα τὸ πρότως καὶ πρωτον.* Quae integra hic

UNIVERSITY OF MICHIGAN

apponere non magis vacat quam illa, quae in libro de *intelligib. pulcritud.* cap. 8. p. 549. in eandem sententiam disputantur. Pertinent autem ad doctrinam *de mixto pulcro et non mixto*, quam supra attigimus. Illis locis junge Proclum ad Plat. Tim. pag. 128. — τὸ μὴ πρώτως καλὸν, ἀλλὰ μετέχον κάλλους. —

Pag. 56. p. 52 B. C. ἐκεῖνο, ὃ χορηγεῖ μὲν ἅπασι. Appositus hic locus est ad notandam potestatem *suppeditandi*, quae in eo verbo inest. Sequitur enim continuo illud δίδωσι, καὶ οὐ δέχεταί τι. Mirifice autem delectantur hoc verbo inprimis Platonici. De antiquiore usu, quo Atticis ii dicti sunt χορηγεῖν, qui sumtum praeberent choris instruendis adornandisque, copiose e veteribus exposuit Demetrius Byzantius ap. Athen. XIV. pag. 295 Schweigh. e recentioribus J. Casaubonus ad l. l. p. 433 Schweigh. et Fr. A. Wolfius ad Demosth. Lept. p. 89 Prolegg. et p. 236. 247. Plato tamen aliquoties χορηγεῖν eum dicit, *qui choream ducit*, ut in Theaet. p. 179 d. p. 413 Heind. οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τοῦτον τοῦ λόγον μάλα ἐῤῥωμένως, ubi vid. not. (Quod ibidem Heindorfio negotium exhibet τοῦ λόγου, est tamen idem in *excerpt. Darmst. cod.* et adhiberi illuc poterant quae Wyttenb. ad Select. Historr. p. 360 — ubi tamen lin. 6 legendum est ὑπέρ pro ὑπό — ex ipso Platone Thucydideque de hoc usu annotavit, itemque in Supplem. p. 451.) Inde a Demosthenis aetate, magis tamen a Polybii invaluit

altera potestas *suppeditandi;* atque hic quidem vel cum accusat. personae et dativ. rei usurpat (ut III. 68. 8.) vel cum accusat. rei et dativ. personae (XXII. 26. 2.) vel passive, et ita quoque ut aliquis homo, cui quidvis suppeditatur, varie dicatur χορηγεῖσθαι. Cf. Schweigh. Lexic. Polyb. s. vocab. et ad reliqq. scriptt. usum adhibe Aristotel. Polit. IV. 2. Dionys. Halic. Vett. Scriptt. Cens. p. 415 Reisk. coll. *Schaefero* in Meletem. critt. p. 12. Diodor. T. II. p. 568. ibiq. Wessel. Herodian. I. 6. 9. ibiq. Irmisch. et ad Alexandrinorum sacrorumque scriptorum rationem Bielium in Thes. sub. v. et Wetsten. N. T. Tom. II. p. 201. E Platonicis, quod significavi, non attinet congerere locos ubivis obvios. Unus sufficiat: Jamblich. de myster. p. 179 Gal. καὶ τελειοτέρων νοήσεων περὶ θεῶν χορηγεῖ μετουσίαν. Dicitur etiam de oraculis: *Nonni Exeges. mscr.* in Gregor. Nazianz. Oratt. in cod. Monac. hist. 13. μαντία (leg. μαντείας) ἐχορήγει ὁ Ζεὺς τοῖς χρήζουσιν.

Pag. 56. p. 52 B. C. εἰ οὖν ἐκεῖνο, ὃ χορηγεῖ μὲν ἅπασιν, ἐφ' ἑαυτοῦ δὲ μένον δίδωσι, καὶ οὐ δέχεταί τι, εἰς αὐτὸ ἴδοι, μένον ἐν τῇ θέᾳ τοῦ τοιούτου — τίνος ἂν ἔτι δέοιτο καλοῦ; Turbatum varie in hoc loco esse arguit lectionis varietas, quam vide. Ego primum retinui illud ἐφ' ἑαυτοῦ ex Basil. et Ficino. Proxime haud pauci libri, neque tamen MarcA. ut est in var. lect. exhibent: καὶ οὐδὲν δέχεταί τε, sed docta manus in marg. Vatic. correxit: καὶ οὐ δέχεταί τι, (alii habent:

UNIVERSITY OF MICHIGAN

οὐδὲν — τι) atque sic Basil. et codd. alii itemque Ficinus, qui aliquanto plenius vertit: „neque quicquam ab alio recipit.“ Gravius est illud: εἰ οὖν ἐκεῖνο — εἰς αὐτὸ ἴδοι. Ficinus, qui vertit, *quandoque intueatur*, videri possit legisse: ἔστιν ὅτε ἴδοι. Possis etiam conjicere: εἰς ἀεὶ ἴδοι: „si igitur — *posthac* intueatur.“ Alio nos ducit cod. Marcian. A. nimirum eo, ut legamus: εἰ οὖν ἐκεῖνο — καὶ οὐ δέχεταί τι εἰς αὐτὸ; ἴδοι, ut sit: „neque quidquam *in se recipit*.“ Sed hoc tamen nescio quomodo hiulcum accidat auribus. Possis denique: εἰ οὖν ἐκεῖνο — εἰ αὐτὸ ἴδοι, ut colligatur oratio repetito εἰ, ut infra p. 57. p. 64 D. E. εἰ γέγονας τοῦτο — εἰ τοῦτο γενόμενον σαυτὸν ἴδοις. — Caeterum totus hic locus et ipse spectat ad Platon. Conviv. p. 93 Wolf. εἰ τῷ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν ἰδεῖν κ. τ. λ. Adde Phaedr. p. 262 Heind. — Ad seqq. μένων ἐν τῇ θέᾳ facit Hermiae locus in Plat. Phaedr. p. 160. unde extrema tantummodo adscribam: διττὴ δὲ ἡ μεταβολή· ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ νοητοῦ ἐπὶ τὴν γένεσιν μεταβολή [f. delendum repetitum vocabulum.] ἣν καὶ ἀπόπτωσιν εἶπε τῆς ψυχῆς, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς γενέσεως ἐπὶ τὸ νοητὸν, ἣν θέαν καλεῖ (scil. Plato in Phaedro l. l.) — Ad extrema verba τίνος ἂν ἔτι δέοιτο καλοῦ; advocari juvat M. Antoninum. Qui quidem IV. 20. p. 105. ita: Πᾶν τὸ καὶ ὁπωσοῦν καλὸν, ἐξ ἑαυτοῦ καλόν ἐστι, καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ καταλήγει, οὐκ ἔχον μέρος ἑαυτοῦ τὸν ἔπαινον. οὔτε (οὕτω male *cod. mscr.* saepe laud.) χεῖρον ἢ κρεῖττον γίνεται τὸ ἐπαινούμενον· τοῦτό φημι καὶ ἐπὶ τῶν κοινοτέρων κά-

λῶν λεγομένων· οἷον ἐπὶ τῶν ὑλικῶν, καὶ ἐπὶ τῶν τεχνικῶν κατασκευασμάτων· τὸ δὲ δὴ ὄντως καλόν τινος χρείαν ἔχει, (Cod. τόγε δὴ ὄντως καλὸν, τίνος χρείαν ἔχει; per interrogationem; hoc etiam in mentem venerat Gatackero; recte.) οὐ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια, οὐ μᾶλλον ἡ εὔνοια, ἢ αἰδώς. Ad eum locum cf. Gatack. Proxime idem cod. post πορφύρα addit λύρα, quod absorptum videri potest a praecedente vocabulo.

Pag. 56. p. 52 C. τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα κάλλος ὂν αὐτὸ καὶ τὸ πρῶτον, ἐργάζεται. Prius αὐτὸ in suis libris non legisse videtur Ficinus. Comma post πρῶτον abest a Basil. et potest abesse.

Pag. 56. p. 52 C. οὗ δὴ καὶ ἀγὼν μέγιστος καὶ ἔσχατος ψυχαῖς πρόκειται. „Ex Platon. Phaedro p. 345 B. [p. 247 B. p. 253 Heind.] *D. W.*"

Adde locum ejusdem dialogi alterum p. 248 b. p. 256 Heind. ibiq. Ast. p. 305. Plotinus tamen sui consilii memor se in necessariâ imitationis parte continuit. Paucis moneamus de locutione: Xenoph. Sympos. V. 1. habet τὸν περὶ κάλλους ἀγῶνα. Idem Cyrop. VII. 17. ἆθλα πρόκειται τοῖς νικῶσι — ἀγαθὰ ἔχειν κ. τ. λ. Polyb. III. 62. 6. τὰ προκείμενα ἆθλα, et sic sacpissime de praemiis in certaminibus publice propositis adeoque de ipsis certaminibus. De his item ἔκκεισθαι dicitur, conf. Clem. Alex. Strom. V. p. 676. Nec simplex κεῖσθαι alienum ab illâ locutione. Inde recte a Jac. Gronovio jam edoctus in Herodot. VIII. 26. τὸ

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ἄδηλον — κείμενον substituit vulgato προκείμενον Wesseling. et sic etiam fieri jubet codex optimus Schellersh. quem tractavimus. Verbum compositum adjunctum habet τέλος apud Jamblich. in loco haud ita dissimili de myster. Aegypt. X. 8. p. 179. ἐν αἷς — τὸ μακάριστον τέλος τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν πρόκειται. Cum Plotiniano loco congruit hic Porphyrii de Abstin. I. 31. p. 52. — ἐπὶ τὸ στάδιον ἀναβαίνωμεν [ἐπὶ] τὰ τῆς ψυχῆς Ὀλύμπια ἀγωνιπόμενοι, ubi Rhoerius commode Pauli admonet 1 Corinth. IX. 24. Hebr. XII. 1. Posterior locus cum nostro consentit in verbis: τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, ubi plura dabunt Lamb. Bos not. ad N. T. p. 254. et Wettsten. l. l. Atque extremae quoque aetatis scriptores ex illis fontibus suos hortulos irrigarunt, ut *Photius* contra Manichaeos II. p. 175 seq. in Wolf. Anecdott. gr. tom. I. Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν οὔτε πρᾶξαι ταῦτα πρὸς ἀγῶνας ἔλθοι, οὔτε λόγον, ὅτι μὴ ἔπραξεν εἰςπραχθήσεται πλημμελείας, ubi vid. J. Chr. Wolf. et quos is haud paucos laudat interprett. alios.

Pag. 56. p. 52 C. D. ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ πᾶς πόνος. Plures codd. omittunt articulum ante πᾶς, vid. var. lect. Ego retinui. Plato Conviv. cap. 29. pag. 92 Wolf. τοῦτο ἐκεῖνο — οὗ δὴ ἕνεκα καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι ἦσαν.

Pag. 56. p. 52 D. μακάριος, ὄψιν μακαρίαν τεθεαμένος. Cum gravitate quâdam repetitum vocabulum. Adumbratus locus ex Platon. Phaedr.

p. 250. p. 262 Heind. κάλλος δὲ τότε ἦν ἰδεῖν λαμπρὸν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῷ μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θείαν ἑπόμενοι μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλων θεῶν, εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τελετῶν, ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην κ. τ. λ. Quam descriptionem ex mysteriorum ratione dictam esse, dudum monstrarunt interprett. l. l. quos vid. ibiq. laudd. Ego Plotini gratiâ hoc locutionum genus per posteriorum scripta philosophorum et ecclesiae patrum monumenta brevissime persequar. Platonis usum rursus ab Homerico Hesiodeoque fluxisse, exponere nil attinet. Illi enim poëtae μακάρων appellatione significabant *deos* (Ruhnken. epist. crit. I. pag 85.). Inde μακάριος et *divinus divináque scientiâ* praeditus apud ipsum Platonem etiam de hominibus, conf. v. c. Menexem. 23. Menon. p. 10. ibiq. Buttm. Idem nonnunquam promiscue dicit μακάριος et εὐδαίμων et junctim etiam, vid. Gorg. sect. 27. sect. 62. p. 88 Heind. add. Ast. ad Rempubl. pag. 347. et in Indic. Potiori tamen significatu μακάριος reservatum diis iisque qui ad divinam conditionem proxime viderentur accedere. Inde μακάριος et inprimis μακαρίτης i. q. *mortuus*, vid. Tim. Lex Platon. p. 59. ibiq. Ruhnken. Nos alia excutiamus. Tene locum Aristotelis Ethic. Nicom. I. 12. quem ante oculos habuisse videtur *Alexander Aphrod.* §. 35. p. 159 Londin. Dicit enim hic: τὸ μὲν καλὸν ἐπαινετὸν, τὸ δὲ αἰσχρὸν ψεκτόν (§. 32. p. 148.). Quae hinc explicanda, quod altero loco bona deorum τίμιά τε καὶ μακαριστά dicit, eaque ab humanis bonis

UNIVERSITY OF MICHIGAN

distinguit, quae tantummodo ἐπαινετά sint. Redditur ratio: ὅτι τὴν ἀρχὴν ἡ φύσις θεῶν ἀνεπίδεκτός ἐστιν, cum contra nostra natura etiam pejus suscipiat: τῆς φύσεως ἡμῶν ἐπιδεκτικῆς οὔσης καὶ τοῦ χείρονος. Quibuscum illa congruunt Theodoreti ad 1 Timoth. VI. 15. Θεοῦ τὸ ἄτρεπτον ἔδειξεν, μακάριον ὀνομάσας. ὁ γὰρ φύσει μακάριος, φθέγμιαν τροπὴν ἐπιδέχεται, et Gregorii Nysseni in Psalm. I. 1. p. 258 Paris. τὸ δὲ ἐν ἀνθρώποις μακάριον τῇ μεθέξει τοῦ ὄντως ὄντος, quae in Plotiniano loco tenenda sunt. Hinc passim Romanorum philosophi *beatam* deorum divinorumque hominum vitam dicunt. Aliam differentiam verborum ἐπαινεῖν (de virtute) et μακαρίζειν (de fortunâ) docte explicuit Wyttenb. ad Julian. Orat. I. p. 148 Lips. Ex sacris N. T. scriptoribus ecclesiasticisque alios locos suppeditabunt Wettsten. in N. T. Tom. II. p. 319. Suicerus in Thesaur. eccles. II. p. 290. et Giacomelli ad Chrysost. de Sacerdot. I. p 6 seq. Addam aliquot locos, qui ad Plotiniani similitudinem propius videantur accedere: Evang. Matth. V. 8. μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Et Platonicis etiam illi μακάριοι dicti, qui diis conjunctiores quibusque ad absolutam omnibus numeris felicitatem nihil deesse videretur. Sic *Hermes* dicitur: μακαρίας παρὰ θεῶν εὐδαιμονίας τετυχηκώς, tanquam divinâ scientiâ praeditus, *in opusculo mscr. cod. Leid.* περὶ βοτανῶν χυλώσεως, atque in Hermetis, qui fertur, libro alio, cui titulus Aesculapius p. 38. 3. ed. Colon. haec leguntur:

Deus summus, s. Pater: ἀόρατος τοιγαροῦν ἐστιν, οὕτως ἄξιόν ἐστι, ναῆσαι, καὶ νοήσαντα θαυμάσαι, καὶ θαυμάσαντα ἑαυτὸν μακαρίσαι, τὸν κατέρα γνωρίσαντα. *Gregorius Nazianz.* in laud. Athanas. 21. p. 374 B. ᾧ τινι μὲν οὖν ἐξεγένετο διὰ λόγου καὶ θεωρίας διασχόντι τὴν ὅλην, καὶ τὸ σαρκικὸν τοῦτο, εἴτε νέφος χρὴ λέγειν, εἴτε προκάλυμμα, θεῷ συγγενέσθαι καὶ τῇ ἀπραιφνεστάτῳ φωτὶ κραθῆναι, καθόσον ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, μακάριος οὗτος τῆς τε ἐντεῦθεν ἀναβάσεως, καὶ τῆς ἐκεῖσε θεώσεως κ. τ. λ. Ad pulcritudinis autem significationem facit haec Abreschii observatio ad Aristaenetum epist. I. 11. p. 61: μακάριος proprium esse vocabulum eorum, qui mirificâ pulcritudinis specie commoti beatos praedicant eos, qui eâdem potiuntur, velut l. l. μακαρία ἡ συγκοιμωμένη τούτῳ — καὶ ἐντρυφῶσα τῷ κάλλει. Quod ad vocem est tenendum; nam in vocabulis explicandis nunc versamur: ad sententiam, ab istiusmodi nequitiâ Eroticorum toto coelo discrepat et Platonicus locus, quem ab arcanorum potius apparatuum pulcritudine ductum vidimus, et vero hic locus Gregorii Nysseni orat. I. de beatitud. p. 764. τὸ μακαριστὸν ἀληθῶς, αὐτὸ τὸ θεῖόν ἐστι. ὅτι ποτὲ γὰρ αὐτὸ εἶναι ὑποθώμεθα, μακαριότης ἐστὶν ἡ ἀκήρατος ἐκείνη ζωὴ, τὸ ἄῤῥητόν τε καὶ ἀκατανόητον ἀγαθὸν, τὸ ἀνέκφραστον κάλλος, ἡ αὐτόχαρις, καὶ σοφία, καὶ δύναμις. Solent autem passim scriptores, Philo Judaeus, alii καλὸν et μακάριον conjungere.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 56. p. 54 D. ὑπὲρ οὗ τῆς τούτων καὶ βασιλείας καὶ ἀρχὰς — προίσθαι χρεών. Ad sententiam conf. Platon. Conviv. cap. 29. 5. pag. 93. Phaedr. p. 252. a. p. 267. Heind. ὅθεν δὴ ἐκοῦσα εἶναι οὐκ ἀπολείπεται οὐδέ τινα τοῦ καλοῦ περὶ πλείονος ποιεῖται — καὶ οὐσίας δι' ἀμέλειαν ἀπολλυμένης, παρ' οὐδὲν τίθεται. Ad verbum pressius congruit Lucianus in Charidemo p. 279 Bip. Ἥρα δ' ἀπάσης ἀρχῆς καὶ δυναστείας αἰσιστότερον ἀπεφαίνει (τὸ κάλλος). Ad eam enumerationem bonorum, quae quidem vulgo habentur, accommodari debet notatio *Scholiastae mscr.* ad Aristidis Panathen. p. 194 Jebb. τὰ τῇ φύσει τρίτα (sunt oratoris verba, sequuntur grammatici:) τὸ χρήματα λέγει· Πλατωνικὸν δὲ τὸ νόημα· λέγει γὰρ ἐκεῖνος πρῶτον μὲν τὴν ψυχήν, δεύτερον δὲ τὸ σῶμα, τρίτον δὲ τὰ τοῦ σώματος· ἅπερ ἐστὶ τὰ χρήματα καὶ ἀρχαὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Pag. 56. p. 54 D. E. εἰ καταλιπών τις ταῦτα — ἴδοι. A cod. Leid. absunt verba εἰ καταλ. τις, unde forte quis suspicetur hanc totam sententiam εἰ — ἴδοι esse insititiam. Sed tamen exordium sequentis capitis: τίς οὖν ὁ τρόπος κ. τ. λ. illa verba videtur poscere, et agnoscit Ficinus, qui idem tamen quod in *editione principe* sic distinxit: „possessione. *Pro qua — abjicere: si* relictis — intueatur.“ minus apte videtur fecisse. Ego potius crediderim hanc totam clausulam respicere ad superiora, nimirum ad pag. 52 B. C. εἰ οὖν ἐκεῖνο — ἴδοι, ut omnes quae inde a τοῦτο γάρ se-

quuntur sententiae magnae parentheseos loco quodammodo sint habendae. At vero in universo hoc loco mature esse turbatum supra monuimus.

Cap. VIII. Pag. 56. p. 54 E. τίς μηχανή; πῶς τις θεάσηται κάλλος ἀμήχανον —; Plato in Conviv. cap. 34. p. 109 Wolf. — ἀμήχανόν τι [al. τι] κάλλος ὀρᾷης ἂν ἐν ἐμοὶ καὶ τῆς παρὰ σοὶ σωφρίας πάμπολυ διαφέρον· ubi Ficinus vertit: *mirabilem* pulchritudinem; nostro vero loco: *inexistimabilem* pulchr. Primum videamus de locutione, deinde imitationes delibemus. Ac de locutione exposuerunt Salmasius ad Aristaenet. p. 70. et Abreschius in Lect. ad eundem p. 146. Cf. Wyttenb. in epist. crit. p. 250 Lips. qui utrumque laudavit. Quorum observationibus subjicere haec paucula juvat ex Grammaticis: *Apion* in *glossis Homeric. mscrr.* ἀμήχανος δ' σημαίνει· τὸ κακομήχανος· ἢ μᾶλα δὴ κακότεχνος, ἀμήχανος, ὃς δόλος Ἥρη· καὶ τὸ ἀπροσμήχανος· σὺ δ' ἀμήχανος ἔπλευ Ἀχιλλεῦ· καὶ σὺ δ' ἀμήχανος ἐσσὶ γεραιέ· καὶ τὸ ἄπορος· οἷον ἤτοι μὲν ἄνειροι ἀμήχανοι ἀκρητόμυθοι· καὶ τὸ δεινὸν καὶ τὸ χαλεπόν· ἔνθα με λοιγὸς ἔην· καὶ ἀμήχανα ἔργα γένοντο. Quod eadem sensu dici solet ἄμαχον κάλλος explicatur hoc ipso adjectivo a Georg. Lecapeno (Excerpt. in Matthaei lectionibus Mosqq. I. pag. 55.): Ἄμαχαν λέγεται τὸ ἀμήχανον, περὶ οὗ τις οὐ δύναται μηχανὴν εὑρεῖν. ὡς καὶ ἄμαχον κάλλος π. τ. λ. Conf. Bekkeri Anecdd. grr. I. pag. 386 seq. Plato in Phaedon. pag. 39 Wytt. — τὸ σῶμα — ὀλίγον ὅλον μένει ἀμήχανον ὅσον χρόνον

UNIVERSITY OF MICHIGAN

νον, ubi cf. Wytt. p. 206. (Idem adverbio ἀμηχάνως utitur pro θαυμασίως explicante quidem Scholiasta p. 67 Ruhnken.) Sic item additur aliis substantivis: Plotinus p. 485 A. ἀμήχανον σοφίαν. Damascius de Principiis p. 204. τῆς ἀμηχάνου καὶ ὑπερφυοῦς ὄντως ἀληθείας. Frequentissime jungitur pulcritudini, quod vel ex hoc scriptorum genere exempla docent plurima; ut ex ipso *Nostro* de *intelligib. pulchritud.* p. 544 C. „κάλλος ἀμήχανον deorum." Ibid. p. 549 D. — εἰ μὴ ἐκεῖνο ἦν τὸ ὑπέρκαλον κάλλει ἀμηχάνῳ. Ioann. Chrysost. Homil. VI. in Hebr. p. 467. de angelis: ὧν τὸ κάλλος ἀμήχανον καὶ πάντα νοῦν ὑπερβαῖνον. Idem Homil. 64. pag. 666. Θεὸν ἐκπληττόμεθα καὶ θαυμάζομεν, ὅτι ἐν σπόδῳ καὶ πηλῷ κάλλος ἀμήχανον καὶ σοφίας ἀῤῥήτου τινὸς ἐπίδειξιν τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐναπέθετο. Idem Homil. 16 ad Hebr. 9. ubi de purgatione cum corporis tum animae copiosius agitur (extrema adscribam): — τὸ αἷμα — ῥωμαλέαν αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) ποιοῦν καὶ ἁγνὴν, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ἀμήχανον κάλλος ἄγον: nimirum ad *Deum*, quem ipsum Cyrillus Alexandr. in exposit. orthodox. fid. p. 430. ita describit: — ἀδιάφθορος οὐσία, ἀκατάληπτος νοῦς, ἀμήχανον κάλλος, ἀόρατον μέγεθος, ἀπερινόητος δόξα. Habet autem, ut illuc revertar, hic ipse Plotini locus suam quandam suavitatem ex specie oxymori, quod inest in illis: μηχανὴ — ἀμήχανον. Quam figuram quodammodo sectari videntur scriptores in praedicandâ essentiâ Dei. Sic, ut hoc utar, Isidorus Pelusiota epist. III. 160. p. 321. ἡ θεία μακροθυμία,

ait, πόρους ἐν ἀπόροις, καὶ μηχανὰς ἐν ἀμηχάνοις εὑρίσκει, et gemino loco Cyrillus Alexandr. ad Hagg. 1. p. 630. Θεὸς καὶ ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει μηχανάς.

Pag. 56. p. 54 E. οἷον ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον. Wyttenbachius in epist. crit. p. 250 Lips. conjecerat ἱδρυμένον, eamque suspicionem docte firmaverat. Quam in rem nuper mihi occurrit locus Philonis Jud. de mundi opific. p. 34 Pfeiff. — ἐδημιούργησε (ὁ Θεὸς) τοὺς αἰσθητοὺς ἀστέρας, ἀγάλματα θεῖα καὶ περικαλλέστατα, οὓς ὥςπερ ἐν ἱερῷ τῷ καθαρωτάτῳ τῆς σωματικῆς οὐσίας ἵδρυσε τῷ οὐρανῷ. Sed criticus Batavus et tunc vidit, defendi posse vulgatum, v. c. loco Juliani Orat. VI. p. 186 C. μυρίων ἔνδον ἱερείων ἁγνῶν ἐν ἁγναῖς μενόντων χωρίοις, neque nunc memoravit eam conjecturam. Neque codd. suffragantur, licet Ficinus exhibeat: *constitutam;* et vulgatae lectioni favent sequentia: οὐδὲ προϊὸν εἰς τὸ ἔξω.

Pag. 56. p. 54 E. ἴυγξ τις καὶ βέβηλος ἴδῃ. Vox Orphica indeque Platonica etiam Sympos. cap. 33. p. 108 Wolf. οἱ δὲ οἰκέται καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε, et alii plurimi eos versus Orphicos tetigerunt, quos servavit Justin. Martyr. Cohort. p. 18 ed. Steph. Vid. Fragg. Orphicc. pag. 447 Herm. Adde Solan. ad Lucian. Vit. auct. p. 426 Bip. Ruhnken. ad Tim. p. 60. Wesseling. de fragm. Orphic. ad calcem Valcken. de Aristobulo

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Jud. p. 130. et Valpergam in epist. crit. p. 15 seqq. Atque quod Ruhnkenius l. l. Aristidem II. p. 129. memorat, verbo monebo, ipsius *scholiastam mscr.* in *cod. Monac. bombyc.* pro ἐπιθέσθαι, quod editus habet, exhibere ἐπίθεσθε. — Alexandrini interprett. opponunt ἅγιος, ut Levit. X. 10. Iidem frequentant verbum βεβηλοῦν, conf. Bielii Thesaur. I. 288.

Pag. 56. p. 56 E. εἰς τὰς πρωτείρας ἀγλαΐας σωμάτων. Conf. infr. p. 57. p. 62 D. τῆς ἀρετῆς ἡ θεοειδὴς ἀγλαΐα. Poëtis ut plurimum usitata vox, de quâ paucis dicendum est. Hesych. I. p. 53. Ἀγλαΐαι· τρυφαὶ, καλλοναὶ, κόσμοι. Erotianus ἀγλαΐζεται exponit καλλωπίζεται, vid. Foësii Oecon. Hipp. p. 2. Scholiastes Odyss. XVIII. 179. ἀγλαΐην explicat κάλλος, alii laetitiam, cf. Zonar. Lex. gr. p. 27. ubi est λαμπρότης. et Lex. Seguier. p. 329 Bekker. Pindaro saepissime est laetitia e victoriis nata, ut Olymp. XIII. 18. Hesiodus in Scuto 272. jungit ἀγλαΐας, χόρους et τέρψιν. Homerus Iliad. VI. 510. de equo corporis decoribus ferociente: ἀγλαΐῃφι πεποιθώς. Sic item Xenophon, poëticorum vocabulorum nonnumquam amantior, de re equestr. V. 8. de corporis ornamento usurpat. Aristaenetus I. 10. p. 26. de arboribus frondis decore privatis: ἀγλαΐας ἐψίλου. Alexandrini interprett. ἀγλάϊσμα de ornamento dicunt, quo quis exsultat et gestit. Cyrill. Lex. Brem. in Bielii Thesaur. sub voc. ἀγλάϊσμα, κάλλος, λάμπρυσμα. Atque hâc formâ utitur ipse Plotinus p. 299. ἢ τί ἂν εἴη

ὁ κῆπος τοῦ Διὸς ἢ τὰ ἀγάλματα αὐτοῦ καὶ τὰ ἀγλατσματα. Nec nostro loco temere pluralis positus est, ut qui unice huic sententiae declarandae inserviat. Vult enim philosophus intelligi: *veneres ornamentaque pulcrorum corporum indeque natas delicias: die Gesammtheit aller sinnlichen Reitze schöner Körper.* De animâ pulcrâ in pulcro corpore ita *Themistius* Orat. XIII. pag. 164 A. τὴν μὲν ἔχουσα ἀγλαΐαν ἤδη, τὴν δὲ ὑποφαίνουσα ἐπιδώσουσα ἅμα τῷ χρόνῳ. *Idem* ibid. p. 176 B. ἀγλαΐαν usurpat de comitate et benignitate Principis (Gratiani), adjungens τῇ τῆς ψυχῆς καλλονῇ καὶ εὐμουσίᾳ. Plurali autem utitur iste Plotini simia *Dionysius* vulgo dictus Areopagita de mysticâ Theologiâ I. 1. pag. 2. τῶν ὑπερκάλων ἀγλατῶν. *Idem* de divin. nominib. pag. 559. τὸ ὑπερούσιον καλὸν, inquit, τῆς πάντων εὐαρμοστίας καὶ ἀγλατίας αἴτιον.

Pag. 56. p. 56 F. ἰδόντα γὰρ δεῖ τὰ ἐν σώμασι καλὰ μήτι προστρέχειν, ἀλλὰ γνόντας, ὡς κ. τ. λ. Alii μήτοι. Quae confusio non minus frequens in οὔτι et οὔτοι. Cf. eos qui de utrâque disputarunt Heindorf. ad Platon. Lysid. 207 A. p. 13. ad Hipp. maj. 292. e. p. 166. Coray ad Heliodori Aethiop. p. 245. 256. Hermann. ad Viger. p. 803 seq. p. 948 ed. noviss. Erfurdt. ad Sophocl. Ajac. 1109. et Werfer. in Actis philoll. Monacc. I. 2. p. 262 seq. Ego h. l. cur a vulgatâ recederem nil caussae vidi. — Quod continuo in Vatic. est προστέχειν, natum videri possit ex προσέχειν. Quid Fi-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

cinus in suis libris legerit, non dixerim. Vertit enim: — „nihil penitus corporeae pulchritudinis ultra spectare.“ Hoc scio προστρέχειν huic loco unice esse accommodatum. Habet hoc verbum nunc accusativum cum praepos. πρός adjunctum nunc Dativum, utrumque variâ sententiâ. Vid. Xenoph. Cyrop. I. 3. 10. Theophrast. Charact. VIII. 3. p. 69 Fisch. Polyb. XXVIII. 7. 8. Diodor. Sic. III. 37. p. 569 Wess. Attendamus locos, qui paullatim ad nostri loci sententiam videantur accedere: Polyb. XXVI. 3. 4. τοὺς προστρέχοντας αὐτῇ (τῇ συγκλήτῳ) „qui ad partes senatus accederent, qui ejus gratiam aucuparentur.“ Ibid. XXVII. 13. 12 μηδὲ προστρέχειν (τῇ συγκλήτῳ) ἀγεννῶς, μήθ' ὑπηρετεῖν μηδὲν παρὰ τὸ δέον, ubi Valesius male correxerat προτρέχειν. Est autem *se applicare ad senatum assentandi caussâ.* Conf. Reisk. et Schweigh. l. l. Neque felicius Hesychii locum tentavit Heinsius. Ille enim I. p. 915 Alb. ταπεινῶς ὑπὸ τὰς δρῦς καταφεύγειν. προστρέχειν σκέπῃ. Hic ita: „corrige et scribe ὡς ἔχειν σκέπην“ Male; est enim: *tegmina et umbracula arborum sectari, aucupari umbram.* Jungitur autem illud verbi cum προσκυνεῖν, cum ἀσπάζεσθαι, ut Evang. Marc. IX. 15. cum χαίρειν, Heliodor. Aethiop. VII. 14. — χαίρουσα καὶ προστρέχουσα τοῖς ἐντεῦθεν. *Idem* I. 9 fin. de feminâ juvenem allicere studente: καὶ ἁπλῶς τὰ καλὰ τῶν ὀνομάτων, τοῖς ἐπαγωγοῖς παραμιγνῦσα, καὶ οἷς τισι μᾶλλον προστρέχω περισκοποῦσα, ubi Corayus, cum de προσέχειν cogitasset, bene manum abstinuit

a mutando. *Ibid.* VII. 19. p. 289. εἰ προστρέχω τοῖς ἐπαφροδίτοις „an rebus Venereis alliceretur.“ Delectatur enim hoc vocabulo Heliodorus. Ego adjiciam luculentum locum Ioann. Chrysostomi Homil. I. in prior. epist. Corinth. p. 10. de Mose: ἀλλ' ὅμως πάντα ἀφεὶς ἐκεῖνα, καὶ αὐτὰ τῆς Αἰγύπτου βίψας τὰ σκῆπτρα, τοῖς αἰχμαλώτοις — τούτοις προσέδραμε, καὶ τῶν δεσποτῶν αὐτοὺς προετίθει. Atque ejusmodi locos respici credam a Suidâ III. p. 206. ubi dicit προστρέχειν δοτικῇ. Est etiam ubi cum dativo constructum significat *consentire cum aliquo* et *similem esse alicui.* Conf. Bibl. crit. Amstel. Tom. VII. p. 9. Redeo ad Plotinum, cujus verba sic interpretatur Ficinus, ut junxisse videatur haec: τὰ ἐν σώμασι καλὰ μήτι προστρέχειν. Ego ad μήτι προστρέχειν intelligo αὐτοῖς hâc sententiâ: „Nam ut intueatur corporeas pulcritudines, sic nullo modo eum oportet ad ea se applicare, s. teneri eorundem illecebris.“ Opponitur continuo φεύγειν, et sequitur: εἰ γάρ τις ἐπιδράμοι λαβεῖν βουλόμενος. — Mox Ficinus in suis codd. legit γνόντα, quod certe concinnius post ἰδόντα, et γνόντας potest ortum esse e sequenti ὡς. — Ad illustrandam vim totius sententiae de fugiendis corporis formaeque deliciis laudasse sufficiat *Galeni* locum in Protrept. cap. VIII. p. 21 seqq. Willet. ibique servata dicta poëtarum praesertim Euripidis; nec minus tenenda est gravis admonitio Dion. Chrys. Orat. XXIX. p. 543. Κάλλος γὰρ ἀνθρώπους μάλιστα δὴ χαυνοῖ καὶ ἀναπείθει τρυφᾷν,

UNIVERSITY OF MICHIGAN

et quae ibi plura disputantur eo consilio, ut commonstretur quantopere formae praestantia ad mollitiem nequitiamque dejicere soleat homines. Neque vero non ipse Plotinus in eandem sententiam plura in medium profert in libro *de intelligib. pulcritud.* p. 543 E. F. et *adversus Gnosticos* p. 216 D — G. Egregie in eâ re cum Plotino facit *Augustinus*, cum alibi, tum de *verâ Relig.* cap. 41. p. 761 D. unde haec pauca huc transferam: „Vanitas vanitantium — neque enim frustra est additum, vanitantium, *quia si vanitantes detrahas, qui tanquam prima sectantur extrema, non erit corpus vanitas, sed in suo genere, quamvis extremum, pulcritudinem sine ullo errore monstrabit.* Temporalium enim specierum multiformitas ab unitate Dei hominem lapsum per carnales sensus diverberavit, et mutabili varietate multiplicavit ejus affectum: ita facta est abundantia laboriosa, et, si dici potest, copiosa egestas, dum aliud et aliud sequitur, et nihil cum eo permanet.“

Pag. 56. p. 56 — 58 F. G. *εἰ γάρ τις ἐπιδράμοι λαβεῖν βουλόμενος — οἷα — — τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον — — τῷ νῷ βάθη, — — σκιαῖς συνίστασι.* Locus impeditus, et in nonnullis certe partibus turbatus, vid. var. lect. Primum igitur expedienda constructio lectioque est, deinde sigillatim agendum. Ac pro *δοκῶ μοι* scribendum esse *δοκεῖ μοι*, et constructionis ratio docet, et locus geminus infra pag. 57. p. 58 A. *οἷον ἀπὸ Κίρκης — Ὀδυσσεὺς αἰνιττόμενος, δοκεῖ μοι, μεῖναι οὐκ*

p. 51. XXIV. p. 458 Reisk. Posteriore loco opponitur τὸ φαινόμενον κάλλος. Ibidem continuo subjiciuntur haec p. 459. Ἐπεὶ ταύτῃ βασανιστέον τι καὶ ἀθρητέον τὸν ἐρωτικὸν καὶ λόγον καὶ ἄνδρα. In ἀθρ. variant libri et scripti et editi: illud reposuit Davisius. Tu legito: ἀγωνοθετέον. Plato Conviv. p. 184 a. p. 34 Wolf. ἀγωνοθετῶν καὶ βασανίζων ποτέρων ποτέ ἐστιν ὁ ἐρῶν, καὶ ποτέρων ὁ ἐρώμενος.

Pag. 56. p. 56 F. οἷα εἰδώλου — ἐφ' ὕδατος ὀχουμένου. Sensu paullulum diverso tralatoque supra dixerat *Noster* p. 52. p. 20 E. καὶ μορφὴ ἐπὶ ἄλλαις μορφαῖς ἐκπρεπῶς ἐποχουμένην. Itaque de ejus verbi usu paucis exponendum est. Simplicissimâ sententiâ, quae in Plotinianum locum priorem cadit, cum ἐπιβαίνειν hoc verbum commutavit Symmachus Ps. LXVII. 5. 34. Sic Zonaras L. gr. p. 851. ἐποχούμενος· βασταζόμενος, ubi Tittmannus Lucianum laudat de Salt. p. 284. ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος. Proxime ad nostri loci argumentum accedit Gregorius Nazianz. Orat. I. Stel. in Julian. p. 70 Eton. ὥςπερ τῶν ῥιζῶν αἱ καθ' ὕδατος ὀχοῦνται πήξιν οὐκ ἔχουσαι. De homine poculum ministrante Philostr. jun. epist. 23. p. 923. — ἐφ' ὧν (δακτύλων) ὀχεῖται τὸ ποτήριον. Pro eo activum habet Heliodor. Aethiop. VIII. pag. 304. ἐποχῶν. Quorum locorum sedem in Xenophontis Cyrop. I. 3. 7. monstrarunt Wyttenb. ad Select. Hist. p. 375 seq. et Corayus ad Heliod. l. l. p. 252. Similiter latinum *vehere* pro portare usurpari, illo-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ipso Xenophontis loco usus docuit J. Fr. Gronovius Obss. III. 5. pag. 357 Platn. Atque ex illo verbo aliae etiam Latini sermonis locutiones judicandae, quas indoctiores librarii non assecuti sunt. Inde istud *venimus* in loco *Ciceronis* de Nat. D. I. 5. „Velut in hâc quaestione plerique (quod maxime verisimile est, et quo omnes duce naturâ *vehimur*) deos esse dixerunt." ubi etiam mei codd. optimi recte persistunt in *vehimur*. Metaphoram aliunde illustrat egregie *Ejusdem* locus Tusculan. I. 30. Ducta autem eadem est ex Graeco proverbio ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι, quo et Attici poëtae et ipse etiam philosophorum deus Plato de Legg. III. p. 818 E. p. 152 Bip. utitur. Vid. Porson. ad Euripid. Orest. vs. 68 seq. Wyttenb. ad Phaedon. p. 227. ef. Ast. ad Plat. l. l. pag. 189. adde Willetum ad Galeni Protrept. p. 73. Hinc permultae explicandae locutiones, veluti ea quae nuper admodum me advertit in Alexandri Aphrodis. libello de Fato §. 36. p. 119 Lond. de quibusdam philosophis: τοῖς ἀποφαινομένοις ἐποχούμενοι ὡς ὡμολογουμένοις. Aliud loquendi genus, quod item a navi curruve sumtum ad *poësin* describendam transfertur, ita ut haec ὀχεῖσθαι dicatur et habere ὄχημα, egregie explicuit T. Hemsterhusius ad Lucian. Prometh. I. p. 216 Bip. Quae ratio ad alterum Plotini locum est tenenda, ubi μορφὴ μορφαῖς dicitur ἐποχεῖσθαι. Nec minus Platonicis anima corpore tanquam navigio uti dicitur. Quo ipso loquendi genere utitur Plutarchus de S. N. V. p. 86. Wyttenb. p. 271 edit. nov. eâque in sententiâ ipse usurpat idem verbum de quo agimus.

Ita enim ille de Thespesio mortuo: Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπεσεν τὸ φρονοῦν τοῦ σώματος, οἷον ἂν τις κυβερνήτης εἰς βυθὸν ἀποῤῥιφεὶς πάθοι τὸ πρῶτον, οὕτως ὑπὸ τῆς μεταβολῆς ἔσχεν. Deinde paucis interjectis, ingenti luce conspectâ, ὥστε τὴν ψυχὴν ἐποχουμένην, λείως οἷον ὥσπερ (ὥσπερ ναῦν Reisk.) ἐν γαλήνῃ τῷ φωτὶ ῥᾳδίως πάντη καὶ ταχὺ διαφέρεσθαι· ubi doctus interpres locutionis fontes imitationesque monstravit nec Plotinum omisit, cujus ego locum, quoniam ille non fecit, adscribam. Ita enim *Noster de dubiis animae* libr. I. p. 387. λέγεται δὲ οὕτως ἐν σώματι εἶναι ἡ ψυχὴ, ὡς ὁ κυβερνήτης ἐν τῇ νηΐ· πρὸς μὲν τὸ χωριστὴν δύνασθαι εἶναι τὴν ψυχὴν, καλῶς εἴρηται· τὸ (fort. τὸν) μέντοι τρόπον ὡς νῦν ἡμεῖς ζητοῦμεν, οὐκ ἂν πάνυ παραστήσειεν. ὡς μὲν γὰρ πλωτὴρ, κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη ἐν αὐτῇ (αὐτῷ Darmst. sed corr. sec. man.) ὁ κυβερνήτης· ὡς δὲ κυβερνήτης, πῶς; οὐδὲ γὰρ ἐν πάσῃ τῇ νηΐ, ὥσπερ ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι κ. τ. λ. Nam haec sufficiant explicandae locutioni quâ anima dicitur ἐποχεῖσθαι τῷ σώματι, neque ad duorum reliquorum Plotini locorum, unde profecti sumus, intelligentiam, his expositis, praeterea quidquam desiderabitur.

Pag. 56. p. 56 F. ὥς που τὶς μῦθός, δοκεῖ (δοκεῖ) μοι, αἰνίττεται. MarcABC. ὥσπερ τις μ. Minus bene. Sic enim solent scriptores indefinite locos aliorum laudare. Aelian. V. H. X. 18. ὡς που φησὶ καὶ Ὅμηρος. Paulus Hebr. II. 6. Διεμαρτύρετο δέ που τὶς λέγων. Illud δοκεῖ μοι αἰνίττ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

quod mox repetit Plotinus, est e formulis modestiae, quibus ille fabularum interpretationes suas inferre solet. Sic v. c. p. 383 Basil. de Prometheo loquens: οἷον εἰκὸς καὶ τὸν μῦθον αἰνίττεσθαι.

Pag. 56. p. 56 F. τὶς μῦθος, „Soil. Narcissi. *D. W.*"

De hâc ego fabulâ, utpote ad universam Pulcri doctrinam pertinente, uberius exposui supra in *Praeparat.* §. 10. p. XLV seqq.

Pag. 56. p. 56 F. δὺς εἰς τὸ κάτω τοῦ ῥεύματος. Philostratus Imagg. I. 23. de eodem Narcisso: ὁ δὲ τὴν πηγὴν ὑποδέδυκεν. Cf. Praeparat. l. l. unde quomodo reliqui scriptores haec efferant, colligi potest. Solennior fere constructio est δῦναι κατά. Xenoph. Cyrop. V. 5, 4. κατὰ τῆς γῆς δῦναι, etiam cum accusativo ut. δῦναι πόντον. Homerus Odyss. V, 352. addidit εἰς: — αὐτὴ δ' ἀψ εἰς πόντον ἰδύσατο, nec minus activo Odyss. XI. 578. II. VIII. 271. et Plotini mens poscebat eandem constructionem. κατ' ὕδατος δύεσθαι usurpant Graecorum grammatici in explicando rariore verbo δενδρυάζειν, quo unico hoc ipsum declaratur in aquam se mergere: Etymol. magn. p. 258. δενδρυάζειν τὸ καταδύνειν καὶ κρύπτεσθαι· κυρίως ὑπὸ τὰς δρῦς· — σημαίνει δὲ καὶ τὸ καθ' ὕδατος δύεσθαι καὶ κρύπτειν ἑαυτόν. Eadem fere leguntur ap. Eustath. ad Iliad. III. 152. p. 300 Basil. Hesych. I. p. 915. II. 1468. Suid. I. p. 522. III. p. 553. Zonar. Lex. gr. p. 490. Phot.

Lex. gr. p. 459. — Addam duos locos, ubi sequentium Plotini verborum: καταδύσεται εἰς — ἀτερπῆ τῷ νῷ βάθη, sententia moralis eâdem metaphorâ declaratur: *Philo Judaeus* in libr. *Quod Deus sit immutabilis* p. 464. de animae pernicie ita: ἀλλὰ πολλῷ τῷ τῆς ἀφροσύνης χρησάμενος ῥεύματι ἐπικλυσθεὶς κατεπόθη. Cf. ejusdem libr. de *Fortitud.* p. 738 B. C. qui locus e Platonis Phaedr. est expressus. *Nilus Asceta* in κεφαλ. παραιν. ad fil. Theodul. sive *Paradiso:*

Εἰπὲ μάκαρ· τίς ἀμείνων· οὐξ ὀνύχων ἀμόλυντος,
Ἢ ὁ κακοῖς καταδύς, εἶτ' ἀναρηξάμενος;

Pag. 56. p. 56 F. ἀφανὴς ἐγένετο. Haec vox, ut ἄφαντος et ἀφανίζεσθαι, usurpatur vario sensu; de quo hoc magis nobis dicendum est, quoniam haec ipsa vox h. l. Plotini sententiam haud ita vulgarem declarat. Ἀφανής de eo, qui ex adspectu disparuit, est in Xenoph. Memorab. I. 4. 7. inde nonnunquam *absconditus*, *obscurus*, vid. Sturz. Lex. Xenoph. I. p. 495. Irmisch. ad Herodian. I. 11. 5. Ἄφαντον explicat per ἀφανῆ Hesych. I. p. 635. De Christo discipulorum oculis subducto ἄφαντος Lucas dixit XXIV. 31. bonorum scriptorum more, vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. IV. 65. p. 310. De Helenâ Menelaus ap. Euripid. in Orest. 1557. [1573. coll. 1506.]

ὡς οὐ τέθνηκεν, ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται.

De heroïbus in deorum numerum relatis proprium

UNIVERSITY OF MICHIGAN

est ἀφανίζεσθαι docente Lennep. ad Phalarid. epist, 96. p. 278 seq. Xenophon tamen Memorab. I. 2. 53. simpliciter de sepulturâ usurpat ἀφανίζειν. Plutarchus advers. Epicur. pag. 1003. p. 506 E. Wytt. de animâ ex placitis Epicureorum vel ante corpus dilabente: ἀλλ' εὐθὺς ἠφάνισται καὶ διέσπαρται καὶ προαπόλωλεν ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος. Lexicon Seguier. I. p. 468 ed. Bekker. ἀφανίσαι· οὐ τὸ μολῦναι καὶ χρᾶναι μόνον δηλοῖ, ἀλλὰ ὅλως τὸ ἀνελεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι, ὅπερ ἐκάλουν ἀϊστῶσαι. Atque, ut illuc revertar, sinistram nec minus Plotinus in illo ἀφανὴς ἐγένετο significationem inesse voluit, quod totius loci indoles arguit. Neque ille, quod supra monuimus, h. l. agnoscit narrationem de flore formoso, in quem conversus sit formosus juvenis. Illud vult philosophus: Narcissum qui pulcritudinis inanem umbram captarit, et ipsum ad inane esse redactum. Cui sententiae melius inservit indefinitum illud ἀφανὴς ἐγένετο quam definitum ἐναπεπνίγη vel ἐπεπνίγη, quorum alterum in hâc ipsâ re Eustathius habet ad Iliad. II. vs. 493, alterum Eudocia in Violeto p. 304.

Pag. 56. p. 58 G. τυφλὸς ἐν ᾅδου μένων „ex Platon. alicubi. *D. W.*"

De hoc loco supra dixi ad geminum locum p. 55. p. 42 A.

Pag. 56. p. 58 G. φεύγωμεν δὴ φίλην ἐς πατρίδα. „Homer. Il. B. 140. *D. W.*"

φεύγωμεν σὺν νοῒ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Cf. Iliad. IX. 27. ubi idem versus repetitur. Illud φεύγωμεν quod a Platonicis nonnumquam graviter inculcatur, est etiam in Odyss. X. vs. 269. Corporeae autem pulcritudinis fugam saepius suadet ipse Plotinus, v. c. *de idearum multitud. et ipso Bono* cap. 33. p. 724 A. Διὸ καὶ ὅταν κάλλος λέγηται, φευκτέον (Ciz. φατέον mendose) μᾶλλον ἀπὸ μορφῆς τοιαύτης κ. τ. λ. et in libr. *de virtutibus* p. 13 C. ubi ejus admonitionis fontem ipse indicat sic scribens: λέγει γὰρ ὁ Πλάτων τὴν ὁμοίωσιν τὴν πρὸς τὸν θεὸν φυγὴν τῶν ἐντεῦθεν εἶναι. Platonis locus est in Theaetete p. 176 b. c. p. 400 Heind. Διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ubi vid. Heind. et ab eo laud. Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 27. Cujus sententiae sicut Plotinus Platonem auctorem habuit, ita et ipse suos eâ in re sectatores nactus est. De *Porphyrio Proclo*que supra vidimus ad hujus libellum περὶ ἑνώσ. κ. κάλλ. p. 104. Hic *Synesii* verba de fugâ animarum ex fascino corporis apponam περὶ ἐνυπν. p. 110. Fingitur ibi Natura sive Adrastea tanquam venefica et maga, quae animas sibi mancipatas et fugam spectantes quasi jure suo retrahere conetur: (ψυχὴ) γοητευθεῖσα — ὑπὸ τῶν δώρων τῆς ὕλης πάθος πάσχουσα παραπλήσιον ἐλευθέροις ἐπὶ συγκλείστου χρόνου μεμισθωμένοις — κἂν ἀποχωρῆσαι ὡς ἐλεύθεροι βουλευσάμενα, φυγάδας εἶναί φησι καὶ ἐπανάγειν πειρᾶται.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Pag. 57. p. 58 A. πῶς ἀνεξόμεθα „i. e. *quomodo provehemur in altum*. Ficinus omisit; cod. Leid. Vossian. [et quatuor alii] ἀνεξόμεθα, male. *D. W.*"

Intactum reliqui verbum *nauticum*, quod hic locus unice sibi poscit, in eoque legit Scholiastes Platonicus p. 129. cujus verba proxime proferam. Ei opponitur καταίγεσθαι, *in portum redire*. De quo usu jam exposuerunt Graecorum grammatici in voce, quibus adde Zonar. Lex. gr. p. 196. Alberti Gloss. N. T. p. 74. Atticistam anonym. in Villoison. Anecdott. grr. II. p. 84. Lexic. Rhetor. Seguler. I. p. 402. ed. Bekker. et e recentioribus Schweigh. Lex. Polyb. p. 30. et Wettsten. ad N. T. T. I. p. 708.

Pag. 57. p. 58 A. οἷον ἀπὸ — Κίρκης — ἢ Καλυψοῦς Ὀδυσσεὺς — οὐκ ἀρεσθείς. Distinctionem hujus loci disposui auctoritate codicis (vid. var. lect.) et ipsâ ratione suadente: „— quemadmodum a magâ Circe aut Calypsone dicit Ulysses tecte significans, uti arbitror, manere nolens, quamquam cet." Ficinus in h. l. vertendo licentius egit. Caeterum ex mendosâ lectione Basileensi Ὀδυσσεύς facile effinxeris ὁ Ὀδυσσεύς. Sic enim a Graecis in fabularum mentione inque similitudinibus usurpari articulum supra monuimus; et Plotinianorum codd. librarii in nominibus propriis saepissime variant vel omittendo vel adjiciendo articulo. Ad fabulam pertinentes locos Homericos, ut Odyss. V. 150 seqq. VII. 254 seqq. X. 470 seqq.

aliosque, quos respicere videtur Plotinus, supra laudavimus in *Praeparat.* §. 11. pag. LXX seqq. et LXXX seqq. ubi, Platonicorum inprimis scriptorum respectu habito, de *Circe Calypso*que paullo uberius exposuimus.

Pag. 57. p. 58 A. ἀπὸ μάγου Κίρκης ἢ Καλυψοῦς. Interpretatus sum: „a *maqâ* Circe aut Calypsone" memor Apulcji Metamorph. VI. p. 411. ubi Venus Psychen ita alloquitur: „Jam tu videris *maga* quaedam mihi et alte prorsus malefica." Sic enim recte e codice Palatino rescripsit Oudendorpius, quem vid. ad eundem III. p. 213. — Jam qui de nomine μάγος universe velit edoceri, is adeat eos, quos laudant Beckius in Hist. univers. gent. Vol. I. p. 646 ed. alt. et Tiedemannus de artium magicc. orig. p. 33 seqq. Neque magis eos locos attingam, ubi ipsi illi veterum Persarum sacerdotes eorumque instituta memorantur, ut Xenoph. Cyrop. VII. 5. 20. VIII. 1. 8. Plato Alcib. I. p. 122. p. 149 Buttm. H. l. nemo nescit Circen Calypsoque veneficas incantatricesque significari. Quarum amorem cum et γόητα et φαρμακία appellat Maximus Tyrius XXIV. p. 475. plane ad Atticorum, Platonis certe, normam se composuit. (Locum vid. supra *Praeparat.* p. LXXII. not. 25.) Etenim Graecorum grammatici ita praecipiunt: γάης ἀντικώτερον τοῦ μάγος· καὶ γοητεία. Sic diserte Phrynichus ap. Ruhnken. ad Tim. pag. 73. et in Bekkeri Anecdott. grr. p. 31. ubi Platonicos locos plurr. suppeditabit Ruhnkenius ad eam regulam

UNIVERSITY OF MICHIGAN

constitutos. Tamen ex Tragicis *μαγείαν* cet. passim laudant Grammatici, vid. v. c. Photii Lex. gr. p. 176. et confer ejusmodi locos velut Euripid. in Orest. 1497 [1508 seq.] *ἤτοι φαρμάκοισι ἢ μάγων τέχναισιν*, et Sosiphanis poëtae ap. Scholiast. Apollon. III. 533. Atque posteaquam *μάγων* et nomen et artificia Romanum orbem occupaverant: scriptores nihil fere non fascinorum et praestigiarum hâc voce declarabant. Inde illae explicationes Lexicographorum, ut Zonarae: *γόης· ὁ πλάνης, ὁ ἀπατεὼν, ὁ φαρμακεύς*. Sic passim indefinite *μάγος* in Luciano, ut Necyom. p. 28 Bip. Cf. etiam Interprett. ad Luc. Act. Apost. XIII. 6. Sic plane ut Plotinus, Scholiastes Theocriti II. 14. Circes veneficia *μαγείας* dicit. Caeterum postea quoque subtilius praeceperunt de discrimine *μαγείας*, *γοητείας* et *φαρμακείας* graeci scriptores, in his Eudocia in Violeto p. 284. Cujus loci initium fluxit e Nonni narrat. XVII. ad Gregor. Naz. oratt. Ista narratio cum corruptissima sit in *cod. Monac. nr.* 131. cam hâc oblatâ occasione ad Eudociae textum exigam: *Οὐδὲ μάγων θυτικὴ καὶ πρόγνωσις ἔντιμος* (haec omisit Eudocia). *Οἱ μάγοι διὰ τῶν θυσιῶν ἔλεγον τὰς προγνώσεις· (διὰ τῆς ἡπατοσκοπίας* add. Eudoc.) *ἐν τῇ γὰρ ἀνατομῇ σημαίνει ἐώρουν·* (leg. ex Eudoc. *σημεῖα ἐθεώρουν.*) *ἐν τοῖς σπλάγχνοις καὶ τοῖς ἥπασιν, δι' ὧν ἔλεγον τὰ γινόμενα (τὰ συμβησόμενα* Eud.). *γένος δὲ Μήδων οἱ Χαλδαῖοι, (γέν. δὲ Περσικὸν οἱ μάγοι*, Eudoc. Illud vitium natum e narratione proximâ, ubi continuo Χαλδαῖοι memorantur. Doctius tamen foret legi in utroque: *γέ-*

pium habet Zosimus Histor. VI. 9. 3. p. 665 Cellar. καὶ ἀπαρεσθεὶς τῷ γενομένῳ.

Pag. 57. p. 58 A. καίτοι ἔχων ἡδονὰς δι' ὀμμάτων, καὶ κάλλει πολλῷ αἰσθητῷ συνών. „Licet res voluptarias oculorum sensu usurpet, s. adspiciat cet.“ De hoc periphraseos genere consule Bergler. ad Alciphron. I. 26. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. 1554. — Sententiae adhibendus est locus ex libro *de ideis et Bono* cap. 32. pag. 723. ubi docetur: „debere animum ab eâ pulcritudine, quae *splendor quidam est in multis variisque rebus emicans*, pergere ad *simplicem* ipsius Boni lucem.“ Apponam initium pessime habitum a librariis: Ποῦ οὖν ὁ ποιήσας (expunxi αἰσθάνεται, quod infaustum pedem huc intulerat ex fine proximi capitis) τὸ τοσοῦτον (τοσοῦτο cod. Darmst.) κάλλος καὶ τὴν τοσαύτην ζωὴν, καὶ γεννήσας οἵαν; ὁρᾷς τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἅπασι ποικίλοις οὖσιν εἴδεσι κάλλος; καλὸν μὲν, ὡδὶ μένειν· ἀλλ' ἐν καλῷ ὄντα δεῖ βλέπειν ὅθεν ταῦτα καὶ ὅθεν καλά κ. τ. λ. Vides haec etiam ad sequentia facere.

Pag. 57. p. 58 A. πατρὶς δὲ (δὴ Darmstad.) ἡμῖν, ὅθεν παρήλθομεν. Pro ὅθεν παρήλθομεν codicis Vatic. margo exhibet conjecturam: ὅθενπερ ἤλθομεν, quae licet non necessaria, tamen haud indoctum lectorem arguit. Vox πατρίδος adjunctum habet significatum nobilitatis, docente Ez. Spanhemio ad Julian. Orat. I. p. 29. Videamus

UNIVERSITY OF MICHIGAN

de aliis Plotini locis. Unum supra laudavimus in *Praeparat.* p. XCI. not. 39. — εἰς πατρίδα εὔνομον ἀφικόμενος ἄνθρωπος, de eo qui in locum superum redit. Revertuntur autem eo qui amore desiderioque verae pulcritudinis tenentur; sive, ut in eodem libro docetur p. 556 A. „pervenit in locum superiorem ὁ φύσει ἐρωτικὸς καὶ ὄντως τὴν διάθεσιν ἐξ ἀρχῆς φιλόσοφος, ὠδίνων μὲν ἅτε ἐρωτικὸς περὶ τὸ καλόν, neque vero circa corpoream pulcritudinem, sed primum sectans pulcritudinem animae; deinde ad *intellectum*, denique ad Bonum ipsum usque pergens." Patria enim, unde delapsi sumus, est in mundo intelligibili: Eustathius ad Odyss. I. 55. — τοῦ νοητοῦ κόσμου· ὅς ἐστι κατὰ τοὺς Πλατωνικοὺς ψυχῶν πατρὶς ἀληθής. Integrum locum exhibui supra in *Praeparat.* p. LXXXVI. seqq. Atque hanc patriae mentionem varie ornarunt ejus familiae philosophi cum ante Plotinum tum ipsius sectatores. Quorum, sufficiat, universe laudasse unum locum itemque alterum. Sic Philo Jud. in libr. *Quis rerum divinarum haeres sit*, p. 122 Pfciff. item τὴν κάθοδον τὴν εἰς πατρίδα attingit. Nec minus Porphyrius haec adumbravit in libello, qui paene totus pro Plotiniano enchiridio potest haberi, nimirum in ἀφορμαῖς πρὸς τὰ νοητά sect. 34. p. 237. exornavit vero egregie in majore libro de Abstin. I. 30. pag. 48 seq. ubi haec tenenda: ὅνπερ οὖν τρόπον ὁ ἐκεῖθεν εἰς τὰ οἰκεῖα μέλλων ἐπανήκειν, οὐ μόνον προθυμεῖται ὁδεύειν, ἀλλὰ καὶ ἵνα παραδεχθῇ, μελετᾷ μὲν ἀποτίθεσθαι πᾶν, εἴτι προσέλαβεν, ἀλ-

λόφυλον κ. τ. λ. Quae nec minus cum seqq. congruunt. Neque vero non antiquissimus philosophus Anaxagoras simillimâ sententiâ πατρίδος vocem usurpavit: — ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν, ut est apud Diogen. Laërt. in ejus vitâ II. 7. Ac quum etiam Paulus Apostolus Hebr. XI. 14. πατρίδα gemino significatu dixisset, proclive fuit christianis scriptoribus eâdem metaphorâ uti; ex quibus satis sit adscripsisse binos locos, alterum Ioann. Chrysostomi Homil. in Ioann. 79. οὐδὲ γὰρ ἴσασιν ὅπερ ἐσμὲν οἱ ὑβρισταὶ, οἷον ὅτι πολῖται τῶν οὐρανῶν, καὶ εἰς τὴν ἄνω ἀπογεγραμμένοι πατρίδα, alterum *Theodori Metochitae*, sed eundem cum in sententiâ tum in fabulae mentione ad Plotinianum, quem tractamus, locum proxime accedentem. Ita enim doctissimus ille Logotheta in *Miscellaneor. capitum* sectione 116. p. 20. [19] posteaquam fortunae temeritatem copiosius exposuerat, pergit: Καὶ ὡς ἀληθῶς ὃς ἂν τὰ παρὰ τῆς τύχης τοιαῦτα πολύσπαστα καὶ ἐυμετάβολα προύματα, καὶ μέλη παντοῖα ξυνορῶν παρατρέχει τὰ οἰκοι ποθῶν, καὶ τὴν ὡς ἀληθῶς ἄνω πατρίδα καὶ πολιτείαν ἑστῶσαν καὶ

19) Quem locum posteaquam Muretus Varr. Lectt. VII. 17. ex parte latine vertisset, nuper admodum ex codice Cizensi primus graece edidit, in Particul. quintâ *Notit. et recensionem codd. Cizz. exhibente* vir eruditissimus *Chr. G. Muellerus* Lips. 1813. Caput autem illud sic inscribitur: Εἰς τὸ ἄστατον τῆς ψυχῆς, ἐξ ὑποδείγματος.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ἀστασίαστον, (conf. supra ex Plotino laudata: πατρίδα κόνομον) πολὺ μάλιστα σώφρων ἄνθρωπος οὗτος ἂν εἴη καὶ πολὺς τὴν προμήθειαν καὶ τὴν σοφίαν κατὰ τὸν ἐν ποιήμασιν Ὀδυσσέα τὰς τῶν Σειρήνων παρόδους εὖ μάλα διοικῶν, καὶ τεχναζόμενος, καὶ καταφράττων τὰς ἔξωθεν ἐμμελεῖς δακούσας καὶ ἐπαγωγὰς ἐμπίπτουσας θυροκοπίας παῖς αἰσθήσεσιν, ὑφ' ὧν ἐστιν ὥςπερ ἀπαραιτήτων ἡμῖν συνοδοιπόρων καὶ κοινωνῶν τῇ ζωῇ καὶ σύμπλων τοῦ βίου, εἰ μή τις τὰ κατ' αὐτοὺς ἀσφαλίσαιτο προσχόντα κακῶς καὶ ἀπροόπτως τοῖς τῇδε μαγανεύμασι πονηροῦ καὶ κακίστου τέλους λαχεῖν κ. τ. λ.

Pag. 57. p. 58 A. καὶ πατήρ. Appellatio Platonica, vid. ne plura, Timaeum p. 28 c. p. 303 Bip. De Deo usurpat item Plotinus p. 76 D. Alio loco, *de intelligib. pulcritud.* cap. 12. p. 553 seq. ex fabulari Graecorum doctrinâ eandem accommodat ad Saturnum, qui filium genuerit pulcerrimum Jovem hujusque fratres reliquos. „Atque ex hujus maxime pulcritudine cognosci posse, quantus ille sit pater (ὅσος ὁ πατὴρ ἐκεῖνος)." Cui loco jungendus est geminus, praeterquam quod fabulosa omittuntur, p. 353 A. — οὕτω χρὴ καὶ τὸν νοητὸν κόσμον ὃς ἐθεάσατο καὶ ἐνεῖδε καὶ ἐθαύμασε τὸν ἐκείνου ποιητήν. — ὁ τοιοῦτον παῖδα γεννήσας νοῦν κόρον καλόν κ. τ. λ. Jungitur enim saepius illud πατήρ et ποιητής per Platonicorum scripta et ecclesiae quoque patrum, cf. Goens. ad Porphyr. de Antr. Nymph. cap. 6. p. 93. Nostri

loci intelligentiam adjuvat alter p. 723. *ποῦ ὁ ποιήσας κάλλος — καὶ γεννήσας οὐσίαν; κ. τ. λ.* reliqua enim proxime exhibui. Hîc addam simillima illa ex Philone Jud. de Nominn. mutat. p. 380 Pf. (*οἱ λόγοι*) *οἳ διδάσκουσιν, ὡς ἄρα μόνου θεοῦ σπείρειν καὶ γεννᾶν τὰ καλὰ, ἔργον ἴδιον.* Universo loco Plotini, ascensum suadentis a singulis ad universae pulcritudinis patrem, consentanea est adhortatio Zachariae Mitylenaei in Dialogo de creat. mundi *lat.* in Max. Bibl. Patrr. IX. p. 806. ubi et alia et insuper haec: „Praeterea et possent intelligere — ipsum (Deum) esse, qui principio condidit eorum quae cernuntur magnitudines et species (pulcritudines, *κάλλη*) ac oportere horum contemplatione praesentem opificem suspicere et admirari, neque iis quae ab ipso procreata sunt divinitatem attribuere propter pulcritudinem cet.“

Pag. 57. p. 58 A. *τίς οὖν ὁ στόλος καὶ ἡ φυγή;* Respicit Plotinus illa superiora: *τίς οὖν ἡ φυγὴ, καὶ πῶς ἀναξόμεθα —;* Itaque hoc loco *στόλος* non est *classis*, ut vertit Ficinus, sed *navigatio, iter maritimum. Grammaticus in cod. mscr. τὸ πεζεύειν ἐπὶ ξηρᾶς λέγεται καὶ ἐπὶ θαλάττης· οἷον πεζεύοντι τὴν θάλατταν Ποσειδῶνι· τὸ στέλλεσθαι δὲ ἐπὶ πλοίου· οἷον ἐστείλατο τόνδε τὸν πλοῦν.* Copiosius hunc loquendi usum exposuit Orus apud Etymolog. magn. pag. 728. 13. unde alii profecerunt. Cf. Hesych. II. pag. 1261. 1273. Suid. III. p. 378. Phot. Lex. gr. p. 398. Zonar. Lex. gr. p. 1669. Adde notata ad Viger.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

p. 310. de toto hoc verborum genere; praeterea Bielii Thesaur. III. p. 328. ibiq. excerpta ex Cyrilli Lex. Wesseling. ad Herodot. I. 21. et Ruhnken. ad Tim. Lex. Platon. p. 43.

Pag. 57. p. 58 A. *οὐ ποσὶ δεῖ διανύσαι κ. τ. λ.* Hanc sententiam ejusque consimiles ante oculos habuit Scholiastes Platonicus p. 129 Ruhnken. (ad Gorg. p. 209 Heind.): *Ὡς ἔχει ποδῶν* (sunt verba Platonis) *ἀντὶ τοῦ, ὅσον δυνάμεθα, ὀφείλομεν φυγεῖν τὰς κακὰς πράξεις. κατ' ἀναλογίαν οὖν εἶπε πόδας, ὥςπερ πόδας Ἴδης τοῦ ὄρους φαμέν. κατὰ ζωὴν οὖν φεύγωμεν τὰ κακὰ, μὴ ποσὶν, ἐπεὶ καὶ Πλωτῖνος ἀνάγεσθαι λέγει τὰς ψυχὰς, οὐ ποδὶ, ἀλλὰ ζωῇ.*

Pag. 57. p. 60 B. *ἀλλ' οἷον μύσαντα.* „Platonica dictio. *D. W.*"

Plato in Gorg. p. 480 C. p. 129 Findeisen. p. 110 seq. Heind. — *ἀναγκάζειν τε καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους μὴ ἀποδειλιᾷν, ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως, ὥςπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῷ, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν διώκοντα, μὴ ὑπολογιζόμενον τὸ ἀλγεινόν.* Propriam verbi vim monstrat locus Diodori Sic. IV. 76. de priscis artificibus *κατεσκεύαζον τὰ ἀγάλματα τοῖς μὲν ὄμμασι μεμυκότα, conniventibus oculis*, docte explicante Winckelmanno in Hist. Art. I. p. 13 seq. ed. noviss. Cf. Thom. Mag. p. 175. ibiq. interprr. Hesych. II. p. 638. Suid. sub v. quae eadem leguntur in Photii Lex. gr. p. 206. et Zonar. p. 1379. Hinc leviter transfertur

ad alia, ut μεμυκότα φάεα μήνης, silentia lumina lunae, vid. Dorvill. ad Charit. p. 374. qui laud. Maximi locum explicat. Inde Sexto Empir. adv. Logg. 1. 129. dicuntur οἱ αἰσθητικοὶ πόροι μῦσαι, conf. Findeisen. ad Plat. Gorg. p. 418. Idem Plato in Phaedro p. 251. p. 265 b. de animarum alis nascentibus — ἃ πάλαι ὑπὸ σκληρότητος ξυμμεμυκότα εἶργε μὴ βλαστάνειν, ubi Hermias p. 160. et alia affert, et de *floribus* dicit μεμυκότα usurpari, *clausis calycibus*. Veniamus ad locutionum et imitationum exempla. Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 12. κἂν μύων βάλῃς, ubi al. κἂν καμμύων. Posterior forma Alexandrinis posterioribusque frequentissima, vid. Bielii Thes. II. p. 104. et Sturz. de Dial. Macedon. et Alex. pag. 173. Illud μύσαντα addito verbo alio quodammodo proverbii vim adscivisse declarat locus Aristidis T. I. p. 547. — καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον μύσαντας φέρειν. Philo Jud. *Quod Deus sit immutabilis*, II. p. 464. — οὐδ' ὅτε τὸ τῆς ψυχῆς μεμυκὸς ὄμμα ἀναβλέψαν εἶδε τὸν ἄγγελον τοῦ Θεοῦ. Gregorius Nyssen. de Resurrect. mort. ap. Wolf. Anecdott. II. p. 307. — μεμυκὼς παντάπασι τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια. Compositum, in altero Platonis loco et in Timaeo p. 335 Bip. obvium, habet Dionys. Areopag. eccles. Hier. II. 3. pag. 219. Εἶτ' οὖν ἀποσταίη τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἡ τῶν νοερῶν αὐθαίρετος αὐτεξουσιότης, κακίας ἔρωτι συμμύσασα τὰς φυσικῶς ἐνεσπαρμένας αὐτῇ πρὸς τὸ φωτίζεσθαι δυνάμεις κ. τ. λ. In seqq. teneas alterum compositum μυωπαζούσῃ. Ad Plotinianum locum faciunt potissimum hi: Gre-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

gor. Nazianz. Orat. XXIV init. ubi agit de viâ, quâ pervenitur ad Deum, et ita incipit: *οὐδὲν γάρ μοι τοιοῦτο, οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενον — ζῇν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα κ.τ.λ.* Ad verbum consentit Anonym. *Ἀντιθετ.* ms. *μῦσαι τὰς αἰσθήσεις.* Damascius *περὶ ἀρχῶν* in Wolf. Anecdd. grr. III. p. 227. *Ὅλως δὲ φάναι· μὴ ἐπὶ δακτύλων ἀριθμῶμεν τὸ νοητὸν, μηδὲ διωρισμέναις ἐννοίαις αὐτοῦ ἁπτώμεθα, ἀλλὰ πάντα συνελόντες ὁμοῦ νοήματα καὶ μύσαντες τὸ ἓν, καὶ μέγιστον ὄμμα ἀνοίξαντες τῆς ψυχῆς κ. τ. λ.* (Distingue et lege: *ἀλλὰ π. σ. ὁμ. τὰ νοήματα, καὶ μύσαντες, τὸ ἓν καὶ μέγιστον ὄμμα ἀνοίξαντες τὸ τῆς ψυχῆς* [20]) — Caeterum, ut illuc revertar, eandem admonitionem saepius repetit Plotinus, v. c. p. 724 A. *Διὸ καὶ ὅταν κάλλος λέγηται, φευκτέον μᾶλλον ἀπὸ μορφῆς τοιαύτης· ἀλλ' οὐ πρὸ ὀμμάτων ποιητέον κ. τ. λ.* (supra enim hunc locum jam attigi.) Atque hoc ipso nomine, licet sententiâ non mere philosophâ, notantur senes Trojani ap. Eustathium ad Iliad. III. 156. p. 300 Basil. loco elegantissimo: *Ἰστέον δὲ, ὅτι καλὴν εἶναι τὴν Ἑλένην καὶ ὁ τῶν δημογερόντων ἐνταῦθα λόγος* (*οὐ Νέμεσις κ. τ. λ.*) *βεβαιοῖ· ὧν ὁ μὲν μανιώδης ἔρως ἀπεπτερύξατο, ἡ δὲ δι' ὀφθαλμῶν τοῦ κάλ-*

20) Extrema sumsit ex classico loco *Platonis de Republ.* VII. 13. p. 533. p. 219 Ast. qui ibid. alios imitatorum locos excitavit. Cf. ab eo laudd. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 95. Jacobs. ad Antholog. gr. III. 2. p. 191.

λους κρίσις παραμεμένηκε („quorum quidem furiosus amor avolaverat, sed judicium tamen, quod per oculos fit, pulcritudinis permanserat.“) et in seqq. διότι αἰσχύνην αὐτοῖς φέρει, κάλλος τοιοῦτον θαυμάζειν ἐν ἡλικίᾳ ἐξώρῳ, οὓς ἔδει ἀφυβρίσαι ἤδη, καὶ ὅτι φιλαλήθης ἡ μὴ κατὰ πρόσωπον μαρτυρία. Alia omnia Aristoteles de Moribus II. 9. De cujusmodi judiciis dicendi otium nobis fecerant Tib. Hemsterh. ad Lucian. II. p. 498 Bipont. qui plenâ manu vett. scriptorr. locos suppeditabit. Heynius ad Iliad. l. l. p. 480. Spalding. ad Quintil. VIII. 4. p. 279. et ipsi subtiliter eleganterque hâc de re disputarunt Lessingius in Laocoonte pag. 215. et Hieronymus de Bosch de Homeri Iliade p. 33 interpr. germ. Haec extrema attigi etiam Plotini caussâ, qui in libro *de intellig. pulcr.* p. 543 A. Helenae mentionem facit.

Pag. 57. p. 60 B. καὶ ἀνεγεῖραι. (In ed. Basil. erat ἀναγεῖραι.) „ἀναγεῖραι. Cod. Leid. Voss. ἀνεγεῖραι rectius. *D. W.*“

Ego ex aliis quoque codd. manum Plotini restitui.

Cap. IX. Pag. 57. p. 60 B. Τί οὖν ἐκείνη ἡ ἔνδον βλέπει — οὐ πάνυ τὰ λαμπρὰ δύναται βλέπειν. Sic etiam Ficinus videtur legisse, qui vertit: — „haud valde lucida potest aspicere.“ In cod. Ciz. est οὐ πάντα τὰ λαμπρά. Infra p. 57. p. 66 F. οὐ δυνάμενος τὰ πάνυ λαμπρὰ βλέπειν, atque hic noster locus item potest videri transpositus,

UNIVERSITY OF MICHIGAN

et sic intelligendus ac si scriptum sit οὐ δυν. βλ. τὰ πάνω λαμπρά. Argumento congruit cum h. l. alter in libr. *de intellig. pulcritud.* cap. 10. p. 551 B, ubi „quum Jupiter mundi intelligibilis spectaculum pandit, alii spectare non valent: alii eriguntur et valent: Καὶ ἀνατείλας ὕψοῦ ὑπ' αὐτῶν (ἐπ' αὐτῶν codd. plures) κατέλαμψε μὲν πάντα, καὶ ἔπλησεν αὐγῆς, (sic lege e codd. et Ficin. pro male sano αὐτῆς) καὶ ἐξέπληξε μὲν τοὺς κάτω, καὶ ἐστράφησαν ἰδεῖν οὐδὲ δυνημένοι (οὐ δεδυνημένοι codd. recte) οἷα ἥλιον· οἱ μὲν ἀπ' αὐτοῦ (ὑπ' αὐτοῦ codd. recte) ἀνέχονται καὶ βλέπουσιν. οἱ δὲ ταράττονται ὅσῳ ἂν ἀφιστήκασιν (ἀφεστήκωσιν codd. aliquot) αὐτοῦ." Noster autem locus et quae eum excipiunt: ἰδιστέον τὴν ψυχὴν τὰ καλὰ βλέπειν, nec minus quae infra p. 66 F. leguntur: τοῦτο τὸ ὄμμα τὸ μέγα κάλλος βλέπει: ea igitur omnia pertinent ad eam visionem quam Antoninus de rebus suis III. 15. ὄψιν τῆς διανοίας, Plato autem τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα vocat. Vid. Sophist. p. 254. p. 407 Heind. Plato de Republ. VII. 13. p. 533. p. 219 Ast. quem locum proxime citavimus ad vocem μύσαντα p. 57. p. 60 B. Ad verbum non minus quam ad argumentum nostro cum loco componi debet alius ejusdem philosophi Antonini VII. 58 seq. p. 228. μόνον πρόσεχε (πρός σε addendum censet Gatack. non suffragante cod. nostro) καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶναι ἐπὶ παντὸς οὗ πράσσεις, — Ἔνδον βλέπε (Ἔνδ. σκόπει cod. laud.) ἔνδον ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ (τοῦ ἀγαθων sic cod.) καὶ ἀεὶ ἀναβλύσειν

(ἀναβλύζειν cod.) δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σπάπτῃς. Cf. *ibid.* VI. 3. ubi est: ἴσω βλέπε, et vid. Gatack. ad utrumque locum. Quae in Plotino sequuntur πρῶτον μὲν τὰ καλὰ — ἐπιτηδεύματα, ea ex Platonis Convivio cap. 28. p. 91 Wolf. esse adumbrata, jam supra Annot. p. 134. monuimus.

Pag. 57. p. 62 C. εἶτα ψυχὴν ἰδέ. H. l. uti mox — καὶ ἰδέ, itemque infra pag. 57 F. ἀτενίσας ἰδέ, textum Plotinianum refinximus ad normam Atticorum, qui ita solent, licet ternis illis locis et ed. Basil. et, quem ipse inspexi, cod. Darmstadinus exhibeant ἴδε ex posteriorum consuetudine scriptorum. Atque haec in ipsum etiam Platonem hinc inde est illata, ut in Philebo p. 12. p. 211 c. Bip. ἴδε γάρ pro ἰδὲ γάρ. In Republ. refinxit Ast. vid. p. 493. Idem faciendum in Proclo supr. p. 91. De eo discrimine vid. veterum grammaticc. locos ap. Fisch. ad Weller. I. a. p. 297. II. b. p. 382. III. a. p. 61. Adde Photii L. gr. p. 147. et cf. Thom. Mag. p. 468. ibiq. interprr. Gregor. Corinth. p. 121 ed. Schaefer. et quae ibi monet Bast. In Epicteteis, ut I. 17. 6. II. 16. 31. II. 18. 22. itemque in N. T. ut Ioann. I. 29. 48. retinetur ἴδε, quod in Plotino et ipso retinere debebam, si aetatem potius quam Platonicam scriptoris indolem spectare volebam.

Pag. 57. p. 62 C. πῶς ἂν οὖν ἴδοις ψυχὴν — οἷον τὸ κάλλος ἔχει. Edit. Basil. et Cod. Marc. οὖν ἄν. „Cod. Vossian. ἂν οὖν ut margo Basil. rectius. *D. W.*[a]

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Sic etiam plurr. reliqui codd. atque sic correxi. In ἴδῃς et ἴδοις nec minus dissident libri, vid. var. lect. Ego hoc sum amplexus. Xenoph. Cyrop. I. 4. 12. Τίς ἂν οὖν ἐμῶν πρὸς Ἀστυάγην μνησθείη, ubi cod. Guelf. et Brem. item οὖν ἄν, vid. Schneideri not. Et sine interrogatione Cyrop. II. 4. 15 fin. Μᾶλλον γὰρ ἂν οὖν, ἔφη ὁ Κυαξάρης, καὶ ἴλθοι τις αὐτῶν εἰς χεῖρας κ. τ. λ. ubi unus Altorf. liber non agnoscit ἄν. Contra Memorab. Socr. IV. 4. 23. Τίνες οὖν ἄλλοι, ἔφη, κακῶς ἂν (ἂν omitt. codd. princip.) παιδοποιοῖντο, εἴγε μὴ οὗτοι, ubi interrogatio recte sic habet: πῶς οὖν, ἔφη, κακῶς οὗτοι τεκνοποιοῦνται κ. τ. λ. — De attractione quam dicunt: ἴδοις ψυχὴν οἷον ἔχει, non est, cur h. l. moneamus.

Pag. 57. p. 62 C. κἂν μήπω σαυτὸν ἴδῃς καλὸν, οἷα ποιητὴς ἀγάλματος, ὃ δεῖ καλὸν γενέσθαι. Si admiseris codicum plurium δὴ pro δεῖ, necesse est aliquid excidisse opineris. Quid Ficinus legerit non dixerim. — De universi loci hujus sententiâ priusquam sigillatim dicam: admonebo binorum locorum, qui eandem similitudinem habent. Alter est scriptoris Pythagorici ap. Stob. Serm. 64. pag. 408 seq. qui haec ipsa copiose exornat. Inde haec paucula apponam: ἁ γὰρ εὐμορφία τοῖς ποτικέλλουσιν ἀδονᾶς παρέχει πόθον, πήξασα καθάπερ ἄγαλμα ἢ γραφὰν, ἢ ἄτερον χειρόκμητον ἐπίτευγμα. Alter, Socratis nomine insignis, ibidem exstat Serm. I. p. 4. τοῦ βίου καθάπερ ἀγάλματος πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ. De tralato usu vocis ἄγαλμα deinde videbimus ad p. 57. p. 62 D. — Mox

post τὸ μὲν ἀφαιρεῖ Ficinus in suis libris plura legit, siquidem addit: „partim quoque dirigit“ ut hoc membrum ex asse respondeat inferiori: καὶ ἀπεύθυνε ὅσα σκολιά. Mei codd. ne vestigia quidem lacunae monstrant.

Pag. 57. p. 62 C. τὸ μὲν ἀφαιρεῖ. Haec in memoriam redigunt locum Ciceronis, qui ita de Divinat. II. 21. — „Quasi non potuerit id evenire casu, et non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita! (interpretamentum *perfecta* nec cod. Uffenb. agnoscit). Illa enim ipsa efficiuntur *detractione*, nec quidquam (*neque quicquam* cod. laud.) illuc affertur a Praxitele; sed cum multa *sunt detracta*, et ad lineamenta oris perventum est, tum intelligas illud, quod jam *expolitum* sit, intus fuisse.“

Pag. 57. p. 62 C. τὸ δὲ ἀπέξεσε. Cod. Ciz. ἀπέξεσσε. Voluit fortasse ἀπέξεσε, frequenti confusione. Sic, ut hoc utar, in Luciani Vit. auct. 10. p. 91 Bip. editt. exhibebant ἀπόξεσον, Scholiast. ἀπόξεσσον. Zonar. in Lex. gr. p. 275. ἀπεξεσμένος, ubi cod. D. ἀπεξεσμένον. Nam quod idem Lexicographus p. 1416. distingui vult inter ξέειν et ξόειν, obloquitur et ratio et aliorum grammaticorum auctoritas. Vid. Tittmann. ad poster. locum, adde Interprr. ad Thomam Mag. pag. 641. et Foësium in Oeconom. Hipp. p. 267. Priori loco Zonaras illud ἀπεξεσμένον explicat τετορευμένον, γεγυμνασμένον. Quod miror Tittmannum non contulisse cum Hesy-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

chii loco I. p. 437. ubi idem participium explicatur ἐκτετορνευμένον. In Polluce VI. 141. p. 649 item est διεξεσμένα, et paullo post ἀποτετορνευμένα in vocibus accuratam orationem significantibus, licet ibidem, paucis interjectis, de eâdem re ex uno codice receptum sit τορείᾳ pro πορείᾳ. Utut est: *Scholiastes mscr.* Hermogenis περὶ ἰδεῶν I. 12. explicat ita illud Platonicum: τὸν λόγον ἀποτετορνεῦσθαι· κατεσκευάσθαι καὶ εἰς κάλλος ἀπεξέσθαι. De usu verbi ἀποξέειν praeter ll. ll. vid. Eustath. ad Iliad. V. 18. Hesych. II. p. 705, unde Plotini caussâ haec teneamus, ξέσαι explicari ἐργάζον itemque infinitivum ξέσαι· τεκτήνασθαι, quo utroque Noster utitur in sequentibus. E recentioribus consule Hemsterhus. ad Lucian. Dialogg. Mort. p. 351 Bip. Lennep. Etymolog. ling. gr. p. 467. et F. A. Wolfii Prolegg. ad Homer. p. 74 seqq. Est autem h. l. *proprie* de statuario, qui signa expolit. Veniamus ad *tralata* hujus ipsius loci caussâ. Lucianus vit. auct. l. l. — καὶ τὸ ἐρυθριᾷν ἀπόξυσον τοῦ προσώπου παντελῶς, ubi elegantер Gesnerus: „frontem perfricare ne satis habe, sed abrade penitus.“ Similiter Alciphron III. 2. p. 8. — ἀπεξέσας τὴν αἰδὼ τοῦ προσώπου, et epist. 40. ἀποξύειν τὴν αἰδώ. Ad Plotiniani loci gravitatem propius accedunt hi: Gregorii Nazianz. in Basilii laud. τὸ τοῦ ἤθους εὐσταθὲς καὶ βεβηκὸς καὶ ἀπεξεσμένον, mores limati, exacti; cf. Steph. Thesaur. II. p. 1130 G. Suid. I. p. 254. et Hesych. et Polluc. l. l. qui extremam vocem etiam explicant ἠκριβωμέ-

νον 21. Ejusmodi autem locos respexit haud dubie Bosius, cum in *Cicerone* Attic. XII. 46 fin. „*isto* enim animo nihil agreste, nihil inhumanum inest," ubi vett. libri habent *exto*, legendum suspicaretur ξεστῷ, i. e. „polito, limato." Idem Gregorius Nazianz. plane atque Scholiastes laud. Hermogenis, ὅτι μάλιστα εἰς κάλλος ἑαυτοὺς ἀποξέοντες. Nec minus in orat. de baptismo ἀπεξέσθης κακῆς οὐλης, vid. Lexicograph. laudd. Ad eundem Gregorium Nazianz. *Nonnus* ξέεσθαι commemorat de hominibus, qui sacris Mithriacis initiandi castigarentur. Ita enim ille in *Cod. Monac.* nr. 131. Narratione XX. quae inscribitur: ἡ περὶ τοῦ μύθρου (leg. Μίθρου): — τὸ διὰ πυρὸς ἐλθεῖν· ἔπειτα ξέεσθαι. Hinc desumsit Eudoc. in Viol. p. 291.

21) Sic etiam apud Aristaenetum epist. XI. p. 29. femina de pulcritudine adolescentis: ἰδοὺ κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει· τοιούτους ἔδει πλάττεσθαι τοὺς ἐραστάς κ. τ. λ. Graviore vero sententiâ Mich. Psellus de omnif. doctr. 54. p. 110. *virtutis studium cum arte pictoriâ comparans:* ὥςπερ γὰρ ὡς πρὸς παράδειγμα ζωγραφῶν οὐκ ἂν ἄλλως τὴν προκειμένην ἀρχετυπίαν λάβοιεν τῷ μιμήματι, εἰ μὴ συνεχῶς πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέφοι, οὕτω καὶ ὁ τὴν ἀρετὴν ἐν ἑαυτῷ σκιαγραφῶν ἢ καὶ περιχρωννὺς, οὐκ ἂν ἄλλως δυνηθείη ἐξομοιωθῆναι Θεῷ, εἰ μὴ πρὸς ἐκεῖνον διηνεκῶς ἐπιστρέφει, καὶ διὰ τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου καὶ τῆς τοῦ παραδείγματος θεωρίας ἐν ἑαυτῷ ἐξακριβώσεται τὸ πρωτότυπον. Adscripsi totum locum, quem

UNIVERSITY OF MICHIGAN

— εἶτα ἐποίουν αὐτὸν — εἰς τὸ πῦρ ἐμβαλεῖν ἑαυτόν· ἔπειτα πάλιν εἰς χιόνα ποιῆσαι εἴκοσιν ἡμέρας· εἶτα ἐποίουν αὐτὸν πάλιν ξεσθῆναι ἐπὶ δύο ἡμέρας κ. τ. λ. Nimirum μάστιξι, cui sensui etiam ξαίνειν inservit, vid. Lex. Seguier. p. 159. ed. Bekker. Caeterum Kusterus licet ad Suidam II. pag. 559. qui et ipse paucula sua e Nonno excerpsit, binos hujus locos in medium proferat, tamen ea non habet, quae nos ex cod. mscr. dedimus.

Pag. 57. p. 62 C. ἕως ἔδειξε. „Proprie et eleganter de pictoribus et architectis. Tib. Hemsterhus. ad Luciani Somn. §. 8. T. I. p. 4. [T. I. p. 9 Bip.] *D. W.*"

Hemsterhusii disputatio hoc magis tenenda est non alienum reperissem a Plotiniani loci sententiâ. Caeterum addendus est Pselli locus iis quos collegerunt qui nuper de σκιαγραφίᾳ veterum exposuere Schneiderus in Eclogg. physicc. p. 265. et Boettiger. in libro vernaculo *Ideen zur Archaeol. der Malerei* I. p. 137. Metaphora Platonicam auctoritatem habet, vid. Wyttenb. ad Phaedon. p. 170 seq. Heindorf. ad Theaet. p. 499. Quod supra attigi ad p. 53 B. Hîc Philostrati locum subjiciam e Vit. Apollonii I. 2. p. 4. ubi de ipso Platone Aegyptiorum placita exornante: καθάπερ ζωγράφος (sic Gruterus, Salmasius malebat ζωγράφοι, atque hoc ipsum est in cod. quem in manibus tracto, ex correctione veteris lectionis ζωγράφοις) ἐσκιαγραφημένοις ἐπιβαλὼν χρώματα.

nobis, quod eâdem Plotini alter locus *de intellig. pulcritud.* p. 542 E. persanatur. Quem eo diligentius adscribam, quo turpius negleota Plotini mentio in Indice ad Lucianum critico est, quasi vero Tib. Hemsterhusius, qui nil non legerat, Plotinum non legisset. Disputat autem ibi philosophus, qualis idea sit intelligenda pulcritudinis; deinde subjicit: ἔπειτα ὁ Φειδίας τὸν Δία πρὸς οὐδὲν αἰσθητὸν ποιήσας, ἀλλὰ λαβὼν οἷος ἂν γένοιτο, εἰ ἡμῖν ὁ Ζεὺς δι' ὀμμάτων ἐθέλοι φανῆναι. Sic omnes libri, quos equidem vidi. Vulnus inveteratum. Lege auctore Hemsterhusio: ἔπλασεν ὁ Φειδ. et λαβὼν τῷ οἷος, et confer ad sententiam Cicer. in Orator. cap. 2. §. 9. Est enim ex iis locis in quibus Plotinum inter atque Ciceronem egregie convenit. Alios supra attigi, itemque nuper in *Studiis* VI. p. 132. ubi Ennead. III. 8. 1. et Cic. de Nat. Deor. I. 8. composui. Neque tamen propterea Plotinus Ciceronem tractasse putandus est: principes graecorum philosophorum tractaverat: unde plurima sua sumserat Cicero. Caeterum ut *Franciscus Patritius* in opus suum, quod inscribitur „Nova de Universis philosophia", multa ad verbum ex Plotino transtulit, sic eum quoque locum, quem modo attigimus, vid. Lib. IV. cap. 4. fol. 12. Illuc redeo. Eleganter in consimili sententiâ usus verbo ἐπιδεικνύναι est Clemens Alexandr. Paedagog. III. p. 264 Potter. ἀνδρὶ δὲ βουλομένῳ εἶναι καλῷ, τὸ κάλλιστον ἐν ἀνθρώπῳ, τὴν διάνοιαν κοσμητέον· ἣν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εὐπρεπεστέραν ἐπιδεικτέον. De hoc verbo consule Wyttenb. ad Select. Historr. p. 339.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Adde Phrynichi προπαρασκ. σοφιστικ. pag. 37 edit. Bekker. Ac Clementi h. l. ubi affectatum virorum ornatum vituperat, est *publice ostendere, ad spectandum proponere.*

Pag. 57. p. 62 D. ὅσα σκοτεινὰ καθαίρων. Gregor. Nazianz. Orat. XIX. p. 291. Ἐν κάλλος, τὸ τὴν θείαν εἰκόνα ἢ συντηρεῖν ἢ ἀνακαθαίρειν εἰς δύναμιν. Quo sensu σκολιά dicantur, supra explicui.

Pag. 57. p. 62 D. καὶ μὴ παύσῃ ἡνταίνων τὸ σὸν ἄγαλμα. Plato Phaedr. p. 252 d. p. 270 Heind. Τόν τε οὖν ἔρωτα τῶν καλῶν πρὸς τρόπον ἐκλέγεται ἕκαστος, καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνον ὄντα ἑαυτῷ, οἷον ἄγαλμα τεκταίνεται καὶ κατακοσμεῖ, ὡς τιμήσων τε καὶ ὀργιάσων, ubi conf. Interprr. Adde Symp. p. 216 e. p. 105 Wolf. ubi de Socrate Alcibiades: οὐκ οἶδα, εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλματα. Locum jam supra tractavi. Est autem ad Plotini cum hanc sententiam tum locum universum inprimis tenendum illud, quod ad Timaei Lex. Platon. pag. 7. Ruhnkenius explicavit, et multorum exemplorum fide confirmavit, videlicet: „Platonici *pulcri cujuslibet et summi boni* cogitationem mente informatam ἀγάλματος nomine designabant" sunt ipsius verba, quibus cum e philosophis tum ex ecclesiae patribus idoneos locos haud paucos subjecit. Attigit eandem rem Dorvillius ad Chariton. p. 205 Lips. Quorum duumvirorum ubertati a meâ tenuitate reapse nihil quidquam addi potest. Illud

faciam, ut hac oblatâ occasione Grammaticorum duas notulas adjiciam obvias in codice nondum antea excusso; itemque, quod mearum partium est, laudabo Plotini locos aliquot geminos et Dionysii insuper Areopagitae. *Maximus Planudes* in *Gramm. mscr.* Ἀγάλλω τὸ τιμῶ· Εὐριπίδης· γαμηλίους εὐνὰς ἀγῆλαι· ἐξ οὗ καὶ ἄγαλμα· ἀγάλλομαι δὲ τὸ χαίρω. Pleniora e Lex. Sangermani. mscr. dedit Ruhnkenius l. l. et Bekkerus ex Seguieriano in Anecdd. grr. I. p. 324. et praesertim p. 328. Euripideus locus est in Medeâ 1026 seq. Altera *grammatici mscr. Manuelis Moschopuli*, uti videtur, observatio pertinet ad locum Aristophanis Nubb. 989. (993) multorum conjecturis tentatum, vid. commentar. pag. 344 seqq. Beckii, ubi nunc ex Brunckio et libro Ravenn. Hermannus et noviss. edit. Lips. habent: ὅτι τῆς Αἰδοῦς μέλλεις τἀγαλμ' ἀναπλάττειν, grammaticus autem ita: ὅτι μ. τῆς αἰδοῦς τἀγ. ἀναπλήσειν. Addantur haec, quae a me judicari nil attinet: ἐμὲ τὸν κρίττω λόγον αἰροῦ φησί· καὶ ἐπιστήσῃ τὸ καὶ τό· τὸ δ' αἴτιον τῆς ἐπιστήμης ταύτης, ὅτι μέλλεις ἐπιμελῆσθαι καὶ τιμήσειν τὴν αἰδῶ, εἰ ἐμὲ αἱρῇ καὶ τὸ ἄγαλμα αὐτῆς ἀναλαβὼν ὡς ἀμελούμενον τελειώσειν ἐν σεαυτῷ δηλονότι, ὥσπερ εἰ καὶ ἄλλου σεμνοσοῦν θεοῦ ἄγαλμα ἐν τῇ σῇ καρδίᾳ ἱστησας ὥστε σέβειν αὐτό· τούτῳ ὅμοιον καὶ Δημοσθένης φησὶν ἐν τούτοις· δίκης καὶ εὐνομίας καὶ αἰδοῦς εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις βωμοί· οἱ μὲν κάλλιστοι καὶ ἁγιώτατοι ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἑκάστου καὶ τῇ φύσει· οἱ δὲ καὶ κοινοὶ τοῖς πᾶσι διὰ χειρὸς ἱδρυμένοι. Haetenus frag-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

mentum grammatici. Plotinus autem eam metaphoram saepius exornavit, ut *de immortal. anim.* p. 466 B. C. praesertim in libro *de intelligib. pulcritud.* ubi vid. p. 546 B. et iterum p. 547 B. ubi de *ideis* ita: ἀλλ' ἕκαστα τῶν λεγομένων εἶναι καλὰ ἀγάλματα, οἷα ἐφαντάζετό τις ἐν τῇ τοῦ σοφοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ εἶναι. ἀγάλματα δὲ οὐ γεγραμμένα ἀλλὰ ὄντα. Ad extrema verba haec adscripsit vir doctus saec. XV vel XVI ineuntis in orâ cod. Vat. nr. 1902. „ad cognitionem angelorum transferri possunt et accommodari. Dionysius Areopagita θεάματα vocat, quae hic ἀγάλματα." Caeterum quod idem Anonymus Paullum Apostolum dicit a Plotino lectitatum, alias exquiremus: quod hunc ex Dionysio plura desumsisse opinatur, non est, quod post Josephi Scaligeri, Petavii, aliorumque eruditorum disputata operose monstremus; potius a Dionysio saeculi quinti scriptore, Plotini, Porphyrii, aliorum Platonicorum scriniis esse compilata. Sic hoc quoque loco Plotinum ante oculos habuit Dionysius de mysticâ theologiâ cap. 2. p. 25. ubi, postquam a sensibus avocari jussit animum, quo in Deo ipso se abdere possit, sic pergit: τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὄντως ἰδεῖν καὶ γνῶναι καὶ τὸν ὑπερούσιον ὑπερουσίως ὑμνῆσαι — ὥσπερ οἱ αὐτοφυὲς ἄγαλμα ποιοῦντες, ἐξαιροῦντες πάντα τὰ ἐπιπροσθοῦντα τῇ καθαρᾷ καὶ κρυφίου θέᾳ κωλύματα, καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ τῇ ἀφαιρέσει μόνῃ τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀναφαίνοντες κάλλος. — Mox ἕως ἂν ἴδῃς pro ἴδοις reposui et ratione et

codicum consensu poscente. Cf. quae supra monui ad p. 55. p. 48 G. ἕως ἄν τις — ἴδῃ. Caeterum locus noster tenendus est ut exemplum triplicis constructionis, proxime: ἕως ἔδειξε, (cf. Platon. Gorg. p. 506 b. p. 205 Heind. — ἕως αὐτῷ τὴν τοῦ Ἀμφίονος ἀπέδωκα ῥῆσιν) deinde: ἕως ἂν ἐκλάμψειε, tum: ἕως ἂν ἴδῃς. — Illud ἡ θεοειδὴς ἀγλαΐα supra explicui ad verba p. 54. p. 32 A. τὸν θεοειδῆ νοῦν.

Pag. 57. p. 62 D. σωφροσύνην, ἐν ἁγνῷ βεβῶσαν καθαρῷ. „Lege βάθρῳ ex Platon. Phaedr. p 348 [pag. 254 Steph. pag. 275 Heind.], ut monui Epist. crit. 30. 31. [p. 250 ed. Lips.] *D. W.*“

Locus Platonis ita habet: Ἰδόντος δὲ τροῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη πρὸς τὴν τοῦ κάλλους φύσιν ἠνέχθη, καὶ πάλιν εἶδεν αὐτὴν μετὰ σωφροσύνης ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν, ubi βεβῶσαν poëticum firmitatem stantis designat, vid. Ast. ad l. l. p. 334. ibiq. Plat. Crit. 121. Parmenid. 138. Polit. X. 13. Ad Phaedri locum l. ita *Hermias:* τὸ δὲ ἐν ἁγνῷ βάθρῳ τὸ νοητὸν λέγει, ἐπειδὴ ὁ τόπος ὁ νοητὸς καθαρὸς καὶ ἀκίβδηλος καὶ ἁγνός ἐστι· τὰ γὰρ ἐνταῦθα καλὰ οὐκ εἰσὶν ἐν ἀκραιφνεῖ καλῷ, unde facile effingat aliquis in Plotini loco lectionem hanc (quam fortasse in suo codice legit Ficinus, qui vertit: *firmiter in majestate purâ sanctâque sedentem*): ἐν ἁγνῷ βεβ. καὶ καθαρῷ. Est fortasse etiam, cui arrideat illud codicis Cizensis ἐν ἁγν. β. καθαρῶς. Ego nullus dubito, quin hoc librario debeatur, qui non assequeretur poëticarum

UNIVERSITY OF MICHIGAN

vocum indolem. Hermiae autem interpretatio vulgatae lectionis originem, videlicet ex interpretamento grammatici, liquido monstrare videtur. Sic, ut hoc utar, Lex. Seguier. p. 329 ed. Bekker. habet: ἁγνεία· καθαρότης. Unice igitur vera est Wyttenbachii conjectura, cujus disputatio copiam insuper locorum suppeditabit qui ex eodem fonte manarunt. Et potest hic locus pro exemplo esse, unde constet inveterata esse haud pauca vulnera, quae stupor inflixerit textui Plotiniano. Caeterum h. l. Plotinus et is, quem imitatus est, Plato usitatiorem Atticis formam retinuit, siquidem vera scripsit Porsonus ad Euripid. Med. 750. „ἁγνὸς et ἅγιος saepe permutantur, et ἅγιος rarissime ab Atticis nunquam credo a Tragicis adhibetur.“ Igitur tenendi fuerint hujusmodi loci, ut supra p. 55. p. 48 F. G. ubi sacram formulam ἱερὸν ἅγιον e Xenophonte, Platone enotavimus, ut de Dicaearcho taceam. — Rem si exquiras, consule Proclum in Scholiis ad Hesiod. Ἔργ. p. 80 Heins. qui copiose de ἁγνείᾳ exposuit. Inde adscribam quae ad loca sacra pertinent: τὴν δὲ (ἁγνείαν) ἐν τοῖς ὀργάνοις πᾶσι καὶ τοῖς ἱεροῖς τόποις, — γελοῖον γὰρ τοῖς καθαρωτάτοις προσιόντας οἷς θύουσιν, ἀκαθάρτοις χρῆσθαί τισιν, ἢ ἐν τοῖς μεμολυσμένοις οἴκοις τοῦτο πράττοντας — ὅπου γε καὶ τῷ παντὶ (fort. πάντα) καθαίροντι πυρὶ παρήγγελται χρῆσθαι μὴ ἐξ ἀκαθάρτου οἰκίας ληφθέντι.

Pag. 57. p. 64 D. καὶ σαυτῷ καθαρῶς συνεγίνου. Tres codd. καθαρός, quod attendendum.

De hoc loco diximus supra ad pag. 53. p. 30 F. ad verba καὶ ἑαυτοῖς συνεῖναι, Annotat. p. 220.

Pag. 57. p. 64 E. πρὸς τὸ εἷς οὕτω γενέσθαι. „attigi ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 95. *D. W.*"

Vid. ibi laudd. locos Platon. Epinom. p. 705 B. Julian. Orat. V. pag. 153 D. Jamblich. myster. Aegypt. I. p. 26. Lucret. III. 532. Ibidem doctrinae fons monstratur in *Pythagoreorum* doctrinâ, quorum hoc erat praeceptum τὸ ἕνα sive μοναδικὸν γενέσθαι, cf. Clem. Alex. Strom. IV. 23. p. 633. Unde ad Platonem Platonicosque pervenit. E quibus Plotinus haec ipsa saepius attingit, ut p. 348 C. unde hoc teneamus: ἤδη γὰρ οὗτος (ὁ σπουδαῖος) πρὸς τὸ ἓν καὶ πρὸς τὸ ἥσυχον κ. τ. λ. et in extremo libro p. 770 A. B. Adde quae supra posui ad *Proclum* p. 74. p. 81. et quae Proclus ipse in eo commentario de *unitate animi* disputat; quam disputationem ipsius etiam Plotini caussâ in hoc volumine inclusimus. Mox οὐδὲ σὺν αὐτῷ ἄλλο τι — ἔχων vertit Ficinus: „neque rursus habens aliquid tecum intus admistum", ut aliter legisse videatur, et cod. Ciz. exhibet οὐδὲ σαυτῷ, sed omisso ἔχων. Idem Ficinus antea plura in suo libro reperit.

Pag. 57. p. 64 E. ἀλλ' ὅλως αὐτὸς φῶς ἀληθινὸν μόνον, οὐ μεγέθει μεμετρημένον — καὶ παντὸς κρεῖσσον ποσοῦ. Quatuor codd. mei itemque Ficin. habent ἀλλ' ὅλος, non inepte. Ad verba φῶς

UNIVERSITY OF MICHIGAN

τ. οὐ μεγέθει μεμετρ. κ. τ. λ. vid. quae supra sunt posita ad verba οὐ μέγεθός τι Annot. p. 221 seqq. unde hoc apparet, h. l. negari corporeum illud lumen esse. Namque in libro *de ideis et summo bono* cap. 32. p. 723 seq. docet Plotinus primam essentiam expertem esse magnitudinis, quae quidem quantitas sit: τό, τε τῆς οὐσίας μέγα οὐ πᾶσόν, itemque p. 724 C. demonstrat mensuram cadere in ea duntaxat pulcra, quae summo pulcro inferiora sint, utpote quod ipsum nullius mensurae limite circumscribatur: δεῖ τοίνυν — τὸ ὄντως ἢ ὑπέρκαλον μὴ μετρεῖσθαι. Similiter Gregorius Nazianz. Orat. XLIII. p. 698. φῶς ἦν ἀπρόσιτον καὶ ἀδιάδοχον ὁ θεὸς, οὔτε ἀφλέγμενον, οὔτε παυσόμενον, οὔτε μετρούμενον, ἀειλαμπές κ. τ. λ. — Illa vero ὅλως αὐτὸς φῶς ἀληθινὸν μόνον Platonicis philosophis multarum disputationum materiam praebuerunt; quas h. l. singulas excutere longum est. Ego h. l. unum Iamblichum nominabo, v. c. de myster. II. 4. p. 45. itemque III. 8. p. 68. ubi ita incipit: Ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν τὰ τῆς θείας μανίας αἴτια· ταῦτα δέ ἐστι τὰ καθήκοντα ἀπὸ τῶν θεῶν φῶτα κ. τ. λ. ubi plura dabit Galeus. Alia supra ipse attigi. Hîc attendas ad illud ἀληθινόν substantivo addictum. Atque φῶς et ἀλήθειαν jungunt etiam Alexandrini interprett. Psalm. XLII. 3. Proxime tamen ad Plotinianorum similitudinem verborum accedit *Ioannes*, qui in Evang. I. 9. ita: Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον κ. τ. λ. Quem locum certatim accommodarunt et mirifice expresserunt ecclesiae patres. Pauca delibabo; Theo-

phylactus in Catenâ ad ipsum Ioannis locum pag. 562. de Ioanne baptistâ sic: — Ἆρα ὁ Ἰωάννης τὸ φῶς ἐστιν; εἰπὲ, οὐ. Οὐ γάρ ἐστιν αὐτὸς τὸ φῶς κυρίως· ἀλλὰ φῶς κατὰ μετοχὴν, ἔχον τὴν λάμψιν ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ φωτός. De quâ illuminatione copiose agit Ioann. Chrysostomus Tom. V. Homil. 118. p. 762. unde haec decerpam ad Plotinum facientia: Δεξαμένη ἡ ψυχὴ τῆς ἀληθείας τὸν φωτεινὸν λόγον, καὶ αὐτὴ φῶς ἀποτελεῖται κ. τ. λ. Gregorius Nyssen. Orat. XII. contra Eunomium p. 714. Τὸ ἡλιακὸν φῶς ὄψεός ἐστι διακριτικόν· ὁ δὲ τῆς διδασκαλίας τῶν μαθητῶν λόγος ταῖς ψυχαῖς τὸν φωτισμὸν τῆς ἀληθείας ἐντίθησιν. Alia supra p. 297. not. 17 attigi. Illam autem sententiam Evang. Ioannis ad trinitatem accommodat Gregorius Nazianz. Orat. XXXVII. p. 594. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον ὁ υἱός· ἦν τὸ φῶς κ. τ. λ. — — ὁ πατήρ — ἦν τὸ φῶς — — ὁ παράκλητος. Non est cur diserte moneam Dionysium Areopagitam in hâc quoque metaphorâ frequentandâ Plotinianum reperiri. Sic ille de divin. nomin. IV. 5. p. 468. plane ad magistri sui praeceptum: φῶς νοητὸν ὁ ἀγαθὸς λέγεται, διὰ τὸ πάντα μὲν ὑπερουράνιον νοῦν ἐμπιπλάναι νοητοῦ φωτός κ. τ. λ. Et sicut Dionysium ejusmodi compositis heluari diximus, ut αὐτόκαλον aliis, sic item ejus interpres Pachymeres adscivit sibi τὸ αὐτοφῶς, vid. v. c. ad Dionys. de coelesti Hierarch. I. p. 9. πατέρα τῶν φώτων λέγει, τὸν αὐτοφῶς ὄντα. Finem exemplorum faciam attingendis quibusdam formulis obviis in nuper

UNIVERSITY OF MICHIGAN

editâ oratione ecclesiastici scriptoris. Nimirum *Severianus* episcopus in oratione εἰς τὰ θεοφάνια (in Matthaei Lectt. Mosquenss. II. p. 1.) ita in exordio: Χριστοῦ παρουσία, ἀληθινοῦ φωτός, et deinde p. 3. τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας. Nolo integros locos apponere: ex clausulâ hoc decerpam ad *pulcri* mentionem pertinens: τοσοῦτον φῶς, τοσοῦτον κάλλος περιαστράπτει τὴν ἐκκλησίαν.

Pag. 571. p. 64 E. εἰ τοῦτο γενόμενον σαυτὸν ἴδοις, ὄψις ἤδη γενόμενος. Sic Ficinus in suis libris legit, sic etiam mei omnes excepto Vatic. qui cum ed. Basil. dat εἰ τούτου γενομένου. Supra p. 56 D. p. 52. ὄψις erat id quod spectatur: h. l. est *vis videndi*, *visus*. Utraque potestas familiaris scriptoribus optimis ipsique Platoni v. c. in Phaedr. p. 262 Heind. ubi vid. Interprr. Cf. Thom. Mag. p. 668. ubi laudatur Philostratus, nimirum in Heroicis, monstrante locum Boissonadio p. 319. Illi Atticistae adde *Fragment. Lex. mscr.* ὄψις καὶ ἡ πρόσοψις· καὶ ἡ ὁρατικὴ δύναμις· καὶ ὄψις τὸ θεαθέν. Tenendum autem ad haec est illud Aristotelicum Topic. I. 14. p. 288 Sylb. ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, νοῦς ἐν ψυχῇ· καὶ ὡς γαλήνη ἐν θαλάττῃ, νηνεμία ἐν ἀέρι· ἑκάτερον γὰρ ἡσυχία. Aperient illius loci sententiam alii Plotiniani, in quibus classicus est in libr. *de intelligib. pulcritud.* p. 552 C. et 553. cap. 10 seq. ubi docetur, „quidquid aliquis intueatur ut spectandum (ὡς θεατόν) id eum *extra* *videre*. Propterea oportere eum in se ipsum transferre illud, et tanquam unum, et seipsum spec-

tare; veluti qui a Deo vel Musâ raptus sit, ab eo posse, si modo velit, Deum in seipso conspici, et quae ibi plura in eam rem disputantur. Vid. porro p. 770 B. ubi est: ὥσπερ ἁρπασθεὶς ἢ ἐνθουσιάσας ἁπαξ ἐν ἐρήμῳ καταστάσει γεγένηται ἀτρεμεῖ τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ οὐδαμοῦ ἀπαλλάνων, et. in seqq. καὶ οἷον στάσις γενόμενος. Adde inprimis pag. 348 B. διὸ καὶ ὁ ἀπουδαῖος λελόγισται ἤδη, καὶ τὸ παρ' αὐτοῦ πρὸς ἄλλον ἀποφαίνει· πρὸς δὲ αὐτὸν (f. αὐτὸν) ὄψις. Quos locos exprimere videtur Iamblichus de myster. Aegypt. III. 8. p. 68. His vero et magis etiam sequentibus: οὗτος γὰρ ὁ ὀφθαλμός, gemina multa leguntur in scriptoribus, cum aliis, vid. supra, tum ecclesiasticis praecipue, a quibus mirifice frequentari solent illa: ὄμμα ψυχῆς sive διανοίας, τὰ νοητὰ ὄμματα, οἱ τῆς διανοίας ὀφθαλμοί, οἱ ὀφθ. τῆς ψυχῆς, οἱ ὀφθ. οἱ νοεροί, et id genus alia. Vid. ut hoc utar, Cyrill. Alexandr. ad Iesaj. I. 1. et 49. pag. 665. Idem in Ioann. VI. 42. p. 343. Gregorius Nyssen. T. III. p. 318. aliique plurimi.

Pag. 57. p. 64 F. οὗτος (sic reposui ex codd. omnib. et Ficino pro τοῦτο) γὰρ μόνος ὁ ὀφθαλμὸς τὸ μέγα κάλλος βλέπει. De sententiâ diximus proxime. Eidem adhibe locum geminum *de intellig. pulcritud.* p. 653 D. ubi opponuntur οἱ τοῦ σώματος ὀφθαλμοί, plane ut in Heliodori Aethiop. II. cap. 25. p. 89 ed. Coray. τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀντιστήσας. — Illud τὸ μέγα κάλλος alibi aliter appellatur. Coelestis sive divinae

UNIVERSITY OF MICHIGAN

pulcritudinis praestantiam explicat Noster eodem libro p. 544 seq. ubi (p. 545 B.) attendas ad illa: καὶ τὸ καλὸν, καλὸν, ὅτι μὴ ἐν τῷ καλῷ. Sed lege totum locum, qui hoc etiam memorabile habet, quod *Lyncei fabula* ad coelestium oculorum perspicacitatem accommodatur, qui locus nec ipsius Tib. Hemsterhusii perspicacitatem fugit in animadverss. ad Luciani Timon. §. 25. pag. 389 Bip. quem vide.

Pag. 57. p. 64. 66. F. ἐὰν δὲ ἴῃ ἐπὶ τὴν δίαν λημῶν καχλαις, καὶ οὐ κεκαθαρμένας. Sic codd. omnes atque Ficin. Unus liber Vaticanus sed idem optimus dat καυλαν. Plane sic in Aristophanis Nubb. 325. (328.) loco primario cod. Arundel. exhibet εἰ μὴ λημᾷς κολοκύντας, reliqui κολοκύνταις. Quarum lectionum neutra a genio Atticismi abhorret, vid. ibi Kuster. et Ernest. p. 154 Beck. Vulgatam tamen retinuerunt editores, cum aliunde firmatam, tum Appendice Vatic. Proverbb. quem nuper egregie supplevit e cod. Paris. Bastius epist. crit. pag. 165 edit. lat. In Plotino est utique quod certe attendamus ad lectionem optimi libri Vaticani. De formulâ vid. praeter laudd. Etymol. m. p. 563. 47. Hesych. II. p. 353. Erasmi Adagia p. 406. Adde Phot. Lex. gr. p. 161. et Schleusner. ad eum in curis noviss. p. 190. Zonar. Lex. gr. pag. 1304 et 1306. Addam aliquot locos etiam constructionis explicandae causâ. Solitarium habet illud participium Aleiphron. Epist. III. 28. p. 93 Wagn. Βόδιος παρά τινα λημίαν γραῦν, cf. Bast. l. l. In

cianus in Timon. §. 2. p. 72 Bip. alia addit: λημᾷς τε καὶ ἀμβλυώττειες πρὸς τὰ γιγνόμενα, καὶ τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι, καθάπερ οἱ παρηχκότες, et pressius idem Aristophanea vestigia legens in libr. advers. indoct. 23. p. 24 Bip. οὐκ εἴ γε καὶ χύτραις λημῶντες τυγχάνοιεν, ubi vid. Scholiast. et Solanum. Quod vero in Hesych. II. p. 464. λῆμαι explicantur: ἐκρέουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι, id ad verbum inservit Plotino, ubi sequitur: καὶ οὐ κεκαθαρμένος. Totum locum ita vertendum arbitror: „Quodsi vero ad hoc spectaculum se convertat, qui pravitatibus (vel ex Vat. codicis lectione *pravitatem*) lippiat neque purgatus sit.“ Graviter autem Plotinus λημᾶν h. l. transfert ad *animi oculum*. In quâ metaphorâ eum imitatur Hermias ad Platon. Phaedr. p. 91 seq. ἐπειδὴ γὰρ (Πλάτων) τὰς μαθήσεις ἀναμνήσεις βούλεται εἶναι, οἷον δὲ ὑπό τινων λημῶν ἐπεσκιάσθαι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα ὑπὸ τῆς γενέσεως, τούτου χάριν τὰ ἐμπόδια μόνον ὑπεξαίρει, ἵνα αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ προβάλῃ τάληθὲς ὁ νέος, et paucis interjectis: οὐδενὸς γὰρ διὰ τοῦτό φησιν εἶναι διδάσκαλος, ὅτι δὴ αὐτὸς μὲν μόνον, ὥσπερ ἰατρὸς, τὰ ἐμπόδια καὶ τὰς λήμας τῶν ὀφθαλμῶν ἐξαίρει, λοιπὸν δὲ ἀφ' ἑαυτῆς ἡ ψυχὴ κατὰ τὴν αὐτοκίνητον ἑαυτῆς δύναμιν προβάλλει τάληθὲς, ἣν (ἢ cod.) κατ' οὐσίαν εἶχε παρὰ τοῦ δημιουργοῦ. Apponam locum Plotiniani simillimum ex *Basilii magni* scripto de legendis gentil. libris T. II. p. 181. (cf. ejusd. Append. de Animâ III. p. 584.) τὸ γὰρ τὴν πᾶσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαι, ὅπως ὡς κάλλιστα αὐτῷ τὸ σῶμα ἕξοι,

UNIVERSITY OF MICHIGAN

οὐ διαγινώσκοντός ἐστιν ἑαυτὸν, οὐδὲ συνιέντος τοῦ σοφοῦ παραγγέλματος· ὅτι οὐ τὸ ὁρώμενόν ἐστι ὁ ἄνθρωπος, ἀλλά τινος δεῖται περιττοτέρας σοφίας, δι' ἧς ἕκαστος ἡμῶν, ὅς τίς ποτέ ἐστιν, ἑαυτὸν ἐπιγνώσεται. τοῦτο δὲ μὴ καθηραμένοις τὸν νοῦν ἀδυνατώτερον, ἢ λημῶντι πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέπειν. Κάθαρσις δὲ ψυχῆς, ὡς ἀθρόως τε εἰπεῖν καὶ ὑμῖν ἱκανῶς, τὰς διὰ τῶν αἰσθήσεων ἡδονὰς ἀτιμάζειν.

Pag. 57. p. 66 F. ἡ ἀσθενὴς ἀνανδρίᾳ. „ἀνδρία ed. Basil. ἐν ἀνδρία Leid. Voss [aliique codd. vid. var. lect.] Melius margo ed. Ficin. [et codicis Vat. et ipse Ficin. vid. var. lect.] ἀνανδρία. Sic de veri indagatione Plato, vid. adnotat. ad Phaedon. p. 274. *D. W.*"

Ego ex margg. laudd. revocavi veram lectionem et ex Vat. addidi jota subscriptum. Idem vitium alibi quoque obvium. Sic, ut hoc utar, occupaverat Xenophontem de Rep. Laced. V. 9. ubi Camerarius restituit ἀνανδρίας. Reliquas differentias indicavi in var. lect. Mox praetuli lectionem codd. duorum παρῶν, cum reliqui exhibeant παρόν, quod mihi nescio quomodo languere videbatur.

Pag. 57. p. 66 F. τὸ ὁραθῆναι δυνάμενον. „ὁρασθῆναι Basil. ὁρᾶσθαι Leid. rectius; aut fort. ὁραθῆναι, nam vulgatum minus probum. *D. W.*"

Correxi. Mox pro ὁμοῖον reposui ὅμοιον ex cod. Darmst. Vid. vett. grammatt. locos apud Fischer. ad Weller. I. p. 287. Cf. Gregor. Corinth.

νον συγγενὲς καὶ ὅμοιον βάλλειν τῇ ὄψει. ..Spectat I de visu quam σύγκρασιν et traditam in Timaeo p. 532 l Bip.] de quâ item Plutarchus El Delphico, ubi plura anno nondum in Britanniam missa.

.. *Proclus* supra p. 86. τῷ πανταχοῦ καταληπτόν κ. τ. posui ea augeri possunt aliis aliorum philosophorum locis, ditat *Schneiderus* in Eclogg. 329 — 336. Ad Plotinianum Budaei Comment. ling. gr. p. hysio Areopag. laudat: οὐ corr. Stephan.) ἑκάστοις ἐκ Synesius epist. 67. ἐδίησεν τῷ τόπῳ. Sententia satis con structio non item. Tu cf.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

usurpant προσβολὴ s. προσβολὴ τῶν ὀμμάτων s. τῆς ὄψεως, ut in Enneadd. p. 352 B. C. p. 552 B.

Pag. 57. p. 66 G. οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν ὀφθαλμὸς ἥλιον, ἡλιοειδὴς μὴ γενόμενος. Sententiam proxima Wyttenbachii nota illustravit. Videamus de vocabulo, et subjiciamus locos aliquot geminos. Plato de Republ. VI. p. 508 seq. p. 119 seq. Bip. p. 194 Ast. — ὅςπερ ἐπεὶ φῶς τε καὶ ὄψιν, ἡλιοειδῆ μὲν νομίζειν ὀρθὸν, ἥλιον δὲ ἡγεῖσθαι οὐκ ὀρθῶς ἔχει· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἀγαθοειδῆ μὲν νομίζειν ταῦτ' ἀμφότερα, ὀρθόν· ἀγαθὸν δὲ ἡγεῖσθαι ὁπότερον αὐτῶν, οὐκ ὀρθόν κ. τ. λ. Cf. Chalcidium ad Plat. Timaeum p. 131. Sextum Empir. adv. Math. I. 13. p. 283. ibiq. Fabricium, qui hunc ipsum Plotini locum laudat. Julian. Orat. IV. p. 133 C. — Galenus de Hippocrat. et Platon. placit. lib. VII. 5. p. 218 Chart. διόντως οὖν ἐροῦμεν ὠὸγοειδὲς μὲν εἶναι τὸ τῆς ὄψεως ὄργανον, ὠοειδὲς δὲ τὸ τῆς ἀκοῆς κ. τ. λ. Plotinus p. 709 C. D. ὥςπερ δὲ ὁ ἥλιος τοῦ ὁρᾶσθαι τοῖς αἰσθητοῖς καὶ τοῦ γίνεσθαι αἴτιος ὤν, αἴτιός πως καὶ τῆς ὄψεώς ἐστι. Universam autem hujus loci intelligentiam insigniter adjuvabit locus geminus *de intelligib. pulcritud.* p. 552 A — C. ubi plura de visu disputantur, mundique intelligibilis describitur pulcritudo, atque hoc inprimis monstratur, qui eo usque fuerint enixi, eos et ipsos pulcros reddi. Mox pro ἂν ἴδῃ, flagitante linguae ratione et consensu plurr. codicum, rescripsi ἂν ἴδοι.

P. 57. p. 66 G. γενέσθω — θεοειδὴς πᾶς, καὶ καλὸς πᾶς εἰ μέλλει θεάσασθαι θεόν τε καὶ καλόν. Ed. Basil. εἰ μέλοι (quod vitium jam supra p. 153. in Hermogene residuum notavimus) reliqui plurimi εἰ μέλλοι. Ego e tribus codd. reposui εἰ μέλλει. Platon. Parmenid. p. 164. p. 291 c. Heind. καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρα εἰ μέλλει ἄλλα εἶναι, ἔστι τι, οὗ ἄλλα ἔσται, ubi item ante Heindorfium legebatur εἰ μέλλοι. Eum vide ad l. l. Hunc virum secutus Matthiae grammat. gr. §. 502. in Republ. VI. p. 491. p. 83 A. Bip. p. 174 Ast. e cod. Reg. εἰ μέλλει φιλόσοφος γενέσθαι reposuit pro εἰ μέλοι. (Astius tamen εἰ μέλλοι, quem conf. p. 538.) Ille constructionis plura exempla suppeditabit. Ego unum excerpam. Plato ibid. p. 78. ἀνάγκη αὐτῷ (τῷ κτερνήτῃ) τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ καὶ ὡρῶν καὶ οὐρανοῦ — — — εἰ μέλλει τῷ ὄντι νεὼς ἀρχικὸς ἔσεσθαι. — Atque in ipso Hermogenis l. l. (p. 351 Laurent.) legendum videtur esse: δεῖ δήποτ' ἐν, εἰ μέλλει καλὸς ἔσεσθαι, — συμμετρίαν ἔχειν τούτων Platonicis exemplis adde hoc e Convivio cap. X. §. 9. — εἰ μέλλει καλῶς χαριεῖσθαι ἐραστῇ παιδικά. — Sequentia εἰ μέλλει θεάσασθαι θεόν τε καὶ καλόν sic vertit Ficin. „si modo deum sit *et pulchritudinem* inspecturus", ut legisse videatur θ. τ. καὶ τὸ καλόν, rectius. Fortasse plura desunt, si quidem Platonem in Phaedro respexit Plotinus. Ille enim ibi p. 246. p. 250 Heind. A. — τὸ δὲ θεῖον καλὸν, σοφὸν, ἀγαθὸν, καὶ πᾶν ὅ,τι τοιοῦτο. Ex quo loco permulti hauserunt, quorum insigniora, etiam in Plotini gratiam, delibabo. Ac primum

UNIVERSITY OF MICHIGAN

Hermiae ad Phaedri l. l. p. 132 seq. bifariam disserit, cum exponens de pulcritudine, quae secundum mentem (κατὰ τὸν νοῦν) est, tum eam explicans quae supra mentem (ὑπὲρ νοῦν), ubi manifesta legit Plotini vestigia. Idem argumentum attigit Plato alio loco, in Phaedone p. 153. §. 34. pag. 70 Wytt. E quibus Platonis locis desumsit et copiosius explicavit Maximus Tyrius XVII. p. 334 seqq. Καλὸν μὲν γὰρ εἶναι (οἶμαι Markl.) τὸν Θεόν κ. τ. λ. ubi plura e scriptoribus enotavit Davisius: alia suppeditabit Ez. Spanhemius ad locum Juliani in Caesarib. p. 308 edit. Lips. (cf. p. 18 et 22 edit. Francic.) et ipsum ex illâ Platonis doctrinâ ductum. Cum Maximi autem Tyrii verborum parte congruit etiam Junci disputatio apud Stob. p. 586. 2. quam supra in medium protuli ad pag. 52 C. Hîc alia quaedam apponam consentanea Plotinianis. Hermes in ποιμανδρ. cap. 6. §. 4. p. 22 edit. Colon. Flussat. (fol. 14. 2. ed. Franc. Patrit.) pluribus haec exornat. Ego pauca excerpam: τολμητέον γὰρ εἰπεῖν, ὦ Ἀσκληπιὲ, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, εἴγε οὐσίαν ἔχει, τὸ καλόν ἐστι, et in seqq. Εἰ δύνασαι νοῆσαι (νοήσειν Patrit.) τὸν Θεὸν, νοήσεις τὸ καλὸν καὶ ὑπέρλαμπρον, (τὸ ὑπ. Patrit.) τὸ ὑπερλαμπόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, et, paucis interjectis, ἐὰν περὶ Θεοῦ (τοῦ Θ. Patr.) ζητῇς, καὶ περὶ τοῦ καλοῦ ζητεῖς. Zoroaster ap. Euseb. Praep. Evang. I. p. 42 A. ed. Colon. Ὁ δὲ Θεός ἐστι κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος. οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγέννητος, ἀμερὴς, ἀνομοιότατος ἡνίοχος παντὸς καλοῦ, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἐγε-

θότατος (forma, uti supra vidimus, nec Plotino ignota), φρονίμων φρονιμώτατος. Basil. Magn. Homil. in Psalm. XLIV. 3. p. 163 E. καὶ τῷ κάλλει σοῦ, τῇ θεωρητῇ καὶ νοητῇ θεότητι. ἐκεῖνο γὰρ τὸ ὄντως καλὸν, τὸ κατάληψιν πᾶσαν ἀνθρωπίνην καὶ δύναμιν ὑπερβαῖνον καὶ διανοίᾳ μόνῃ θεωρητόν, ubi vulgo editur θεωρητικῇ. Veram lectionem servavit Gregorius Thessalonic. in Theophane (ap. Matthaeum Lectt. Mosqq. II. p. 13.) cui tamen et ipsi eluenda levis macula est: κάλλος φησὶ τοῦ ὄντος (leg. ὄντως) δυνατοῦ, ἡ νοητὴ αὐτοῦ καὶ θεωρητὴ θεότης. In eandem mentem loquitur Zacharias Mitylenaeus de creat. mundi (lat. in Max. Bibl. Patrr. T. IX. p. 796 F.) cum Deum dicit et pulcrum cognoscere semper et semper bonum esse. Nemo autem illam sententiam de *Deo bono eodemque pulcro* studiosius exornavit quam Dionysius Areopagita de divinis Nominn. cap. 4. §. 7. pag. 558. τοῦτο τἀγαθὸν ὑμνεῖται πρὸς τῶν ἱερῶν θεολόγων καὶ ὡς καλὸν καὶ ὡς κάλλος, καὶ ὡς ἀγάπη καὶ ὡς ἀγαπητὸν, καὶ ὅσαι ἄλλαι εὐπρεπεῖς εἰσι τῆς καλλοποιοῦ καὶ κεχαριτωμένης ὡραιότητος θεωνυμίαι, quae deinceps fusius persequitur Pseudo-Areopagita p. 559. interspersis partim Platonis sententiis, ut ex Conviv. cap. 29. p. 92 Wolf. partim etiam Plotini ipsius.

Pag. 57. p. 66 G. ἥξει γὰρ πρῶτον ἀναβαίνων ἐπὶ τὸν νοῦν κ. τ. λ. Homo sublime tendens ad *Deum* sive *ipsum Bonum*, antequam illuc pervenit, accedit ad *mentem*. Jam explicatur in seqq.

UNIVERSITY OF MICHIGAN

ratio, quae inter mentem atque ipsum Bonum sive Deum intercedat. Quae ratio egregie illustratur gemino loco ex libro *de mente* pag. 556 D. „Qui a corporeâ pulcritudine sejunxit se ipse, is ad *animam* progressus inde ad *mentem* venit: *νοῦς δὲ, ὅ γε ἀληθινὸς, παρ' αὐτοῦ ἄρα καλός.* Jam interrogatur: „utrum in mente subsistendum sit, an progrediendum ulterius: *καὶ πότερον δὴ (δὲ ἡ* cod. Darmst.) *ἐνταῦθα δεῖ στῆναι ὡς πρῶτον (ὥςπερ καὶ πρ.* Ciz.), *ἢ καὶ νοῦ ἐπέκεινα δεῖ ἰέναι; νοῦς δὲ προέστηκε μὲν ἀρχῆς τῆς πρώτης, ὡς πρὸ ἡμᾶς, (ὡς πρὸς ἡμᾶς* aliquot codd. bene, est enim: „quantum nos homines attinet, mens prius occurrit nobis quam ipsum primum principium") *ὥςπερ ἐν προθύροις τάγαθοῦ ἀπαγγέλλων ἐν αὐτῷ* (sic recte codd. plures pro *αὐτῷ* Basil.) *τὰ πάντα, ὥςπερ ἐκείνου τόπος μᾶλλον ἐν πλήθει, ἐκείνου πάντη μένοντος ἐν ἑνί.* (Mens in vestibulo Boni constituta in semetipso annuntiat omnia et exprimit in multitudine id quod in Bono unum est.)" Horum et sequentium locorum fons est in Platonis Philebo p. 64. p. 316 seq. c. Bip. ubi Socrates: *Ἆρ' οὖν ἐπὶ μὲν τοῖς τοῦ ἀγαθοῦ νῦν ἤδη προθύροις καὶ τῆς οἰκήσεως ἐφεστάναι τῆς τοῦ τοιούτου λέγοντες, ἴσως ὀρθὸν ἄν τινα τρόπον φαῖμεν;* cujus loci partem supra ad pag. 51 A. tractavimus. Hîc subjiciemus locos aliquot Platonicorum, qui indidem rivulos duxerunt. Jamblichus *περὶ κοινῆς μαθ. ἐπιστ.* in Villoison. Anecdd. II. p. 191. *τὸ δὲ ἓν οὔτε καλὸν, οὔτε ἀγαθὸν, ἄξιον καλεῖν, διὰ τὸ καὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὑπεράνω εἶναι· προϊοῦσης γὰρ*

πορρωτέρω ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς φύσεως πρῶτον μὲν τὸ καλὸν ἐφάνη· δεύτερον δὲ, καὶ μακροτέραν ἀπόστασιν ἐχόντων τῶν στοιχείων, τἀγαθόν κ. τ. λ. quae ex parte tamen discrepant a placitis Plotinianis. Proclus autem περὶ ἐνώσ. κ. κ. et ipse de Bono disserit, supra intelligibilem pulcritudinem ἐν ἀβάτοις locato. *Idem* in Theolog. Platon. III. 18. p. 151. pluribus haec eadem verbis persequitur, e quibus insigniora adscribam: καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τελεταῖς πρὸ τῶν μυστικῶν θεαμάτων ἔκπληξις τῶν μυουμένων, οὕτω δὴ κἂν τοῖς νοητοῖς πρὸ τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαις τὸ κάλλος προφαινόμενον ἐκπλήττει τοὺς ὁρῶντας, καὶ ἐπιστρέφει τὴν ψυχὴν, καὶ δείκνυσιν ἐν τοῖς προθύροις ἱδρυμένον οἷόν ἐστιν ἄρα τὸ ἐν τοῖς ἀδύτοις καὶ κρύφιον ἀγαθόν. Damascius περὶ ἀρχ. p. 233. diserte Platonem memorans: Τοιγαροῦν καὶ Σωκράτης ἐν τῷ Φιλήβῳ — διὰ τριάδος αὐτὸ (τὸ ἓν) παριδήλωσεν τῆς ἐν προθύροις αὐτοῦ τεταγμένης.

Pag. 58. p. 66. 68 A. κἀκεῖ πάντα εἶσεται καλὰ τὰ εἴδη, καὶ φήσει τὸ κάλλος τοῦτο εἶναι τὰς ἰδέας. Tenendus est hic locus, quo εἴδη explicatur per ἰδέας, ad *idearum* doctrinam Platonicam. Confine illud in Platonis Parmenide, quo dialogo inprimis haec doctrina explicatur, pag. 66 F. p. 132 A. p. 206 Heind. Οἶμαί σε ἐκ τοῦ τοιῶνδε ἓν ἕκαστον εἶδος οἴεσθαι εἶναι· ὅταν πόλλ' ἅττα μεγάλα δόξῃ σοὶ εἶναι, μία τις ἴσως δοκεῖ ἰδέα εἶναι ἐπὶ πάντα ἰδόντι, ὅθεν ἓν τὸ μέγα ἡγῇ εἶναι.

In quibus explicandis Heindorfio l. l. non usquequaque convenit cum Wyttenbachio ad Plat. Phaedon. p. 270. Vide hujus notam copiosam, ubi nec noster locus est neglectus, nec Plotiniani loci alii, ut p. 319 G. et p. 356 A. Hunc adscribam: Νοῦς, φησὶν, ὁρᾷ ἐνούσας ἰδέας ἐν τῷ ὃ ἐστι ζῶον· — οὐκοῦν φησὶν ἤδη εἶναι τὰ εἴδη πρὸ τοῦ νοῦ. Conf. etiam Aristotel. Metaph. XII. 4. Aliis locis distinguuntur haec ita, ut εἶδος sit *res*, ἰδέα *cogitatio*, vid. modo laudatum criticum Batavum. *Idearum doctrinam Plotinianam* alibi attigi (in Studior. T. I. p. 76. seq. ubi alios locos laudavi, ut Ennead. VI. 3. 9. II. 3. 17. III. 2. 2 et 22. III. 6. 7.) De vocis ἰδέα significatu vario utiliter exposuit Astius ad Plat. Phaedr. p. 288 seq. Ego h. l. in gratiam philosophiae veteris studiosorum adscribam *scholion mscr. ad Aristid.* Ita enim hic in Orat. Platon. pro Quatuorvv. T. II. p. 122 Jebb. de Pericle ad Platonem: ἐπεὶ σὺ, μὴ μόριον μόνον κολακείας αὐτῷ προσθῇς, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν τὴν κολακείαν φέρων ἀνάθες, καὶ νὴ Δί' εἰ βούλει τὴν ἰδέαν αὐτὴν, ἐφ' ᾗν πάντα ἀνάγεις. Ad quae Scholiasta inedituus: λέγει γὰρ ὁ Πλάτων τῶν ἐπὶ γῆς ἐν οὐρανῷ εἶναι τὰ παραδείγματα, οἱονεὶ ἀρχέτυπα, ἐξ ὧν εἰσὶ τὰ ἐπὶ γῆς, ἀσώματά τινα ὄντα, ὥςπερ τοῦ ἀνθρώπου ἡ ἀνθρωπότης, καὶ τοῦ ἵππου ἡ ἱππότης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁμοίως, ἅπερ ἰδέας καλεῖ· ὁ δὲ τούτου μαθητὴς Ἀριστοτέλης πρὸς τοῦτον διαμάχεται λέγων, μὴ εἶναι ἰδέας. Ad extrema de Aristotele adhibe egregiam disputationem Tib. Hemsterhusii in Addendis ad Thomam

Magistrum pag. 908. 3. ubi explicat Aristotelicum illud in Analyt. poster. p. 228. a Thomâ quoque laudatum: τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματα γάρ εἰσι. Contra germanus Platonicus *Proclus mscr. in Alcibiad. prior.* ita: ἢ πόθεν ἐν ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς τοῦτο τὸ ἐρωτικὸν ἰδίωμα· μὴ πρότερον ἐν αὐτοῖς προϋπάρχον τοῖς θεοῖς; πᾶν γὰρ ὅ,τι περ ἂν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον ἐν ταῖς ψυχαῖς ᾖ, τὴν αἰτίαν ἀπὸ τῶν θεῶν ὡριαμένην ἔχει. διὸ καὶ τῶν ἀρετῶν πασῶν καὶ τῶν σωματικῶν ἀγαθῶν, ἐκεῖ προϋπάρχειν τὰ παραδείγματά φησιν ὁ Πλάτων, οἷον ὑγείας, ἰσχύος, δικαιοσύνης, σωφροσύνης κ. τ. λ. Alium Procli locum ad Timaeum de παραδείγμασι citat Scholiastes Platon. p. 205 Ruhnken. — Mox in Plotino Ficinus quoque legit πάντα γὰρ ταύταις καλά, non ταῦτα, ut est in marg. Vat. atque illud poscit constructio.

Pag. 58. p. 68 A. τὸ δὲ ἐπέκεινα τούτου τὴν τοῦ ἀγαθοῦ λέγομεν φύσιν. Extrema supra attigi Annotat. pag. 139. De re vidimus proxime ad pag. 66 G. ad verba ἥξει πρῶτον — ἐπὶ τὸν νοῦν. Hoc loco teneamus illud: in hoc ipso placito, quod *mente superius* poneret *Unum* (τὸ ἕν), a Plotino reliquisque Platonicis dissedisse *Origenem* et ipsum *Platonicum*. Vid. disputata contra hunc in Commentario ad Procli Theolog. Platon. lib. II. cap. 4. p. 90. ubi de Platone et alia dicuntur et hoc: εἰ δὲ βούλει καὶ πρὸς τοῦτο, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας, ὅσοι τῆς αὐτῆς προέστησαν δόξης, μικρὰ δεῖλ-

UNIVERSITY OF MICHIGAN

